PHILOPISTVS ORTHODOXÆ FIDEI VERITATE INSTRVCTVS.



PHILOPISTVS
Orthodoxæ Fidei veritate
INSTRVCTVS,

Per P. IOANNEM CHRYSOSTOMUM à S. PAULO Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum Sacerdotem.



ILLVSTRISSIMO ac REVEREND. Dño.

D. CASIMIRO JOANNI
De BNIN
OPALENSKI

Culmensi, & Pomesaniæ
EPISCOPO.


OBLATVS,

Anno Dñi 1691.



VARSAVIÆ,
Typis Collegij Scholarum Piarum.

In Gentilitia Arma
ILLVSTRISSIMÆ DOMVS



Quis Tibi ſufficiet? ſi Græco fulgurat orbi
Inter ſidereas Iaſonis Argo faces.
Hæc tulit aurato radiantẽ vellere prædam,
Fert TVA Civiles, quas tueatur opes.
Non ſatis; & cælo ſecũ pro vellere portet
Innocuas Petri, Patria NAVIS oves.







AD

ILLUSTRISSIMUM & REVEREN. Dńum.

D. CASIMIRUM IOANNEM DE BNIN OPALENSKI

Episcopum Culmen. & Pomesaniæ

DOMINUM & MECÆNATEM AMPLISSIMUM.



NEc aliò Philopistus Noster deflectere, nec nos alteri illum destinare voluimus, quàm Celsitudini Tuæ ANTISTES ILLUSTRISSIME *Amator, seu Studiosus fidei, velificaturus Petri nauiculæ, ad Gentilitiam Tuam* NAVIM *confugit benè sciens, alibi se, vix secundiores inuenturum ventos, quàm in* OPALENIANA *Rostrata, quæ in similibus naumachiis* pleno semper subit ostia velo. *Æmula hæc Petri cymbæ, non simplici nauigio, sed integris classibus fertur, quoties* Italiam. Italiam zelans proclamat A-

chates. *Non respues proinde fortem remigem, pro quo & veræ fidei studium, & Illustrissimi Tui Nominis constans, vnà nobiscum veneratio perorat. Eius se Ecclesiæ profitetur militem, sub cuius stipendiis militat, indignum ratus, non testari idem, teste conscientiæ calamo, quod fortis spiritus orthodoxo pectori insculpsit. Nesciunt ab eiusmodi Sacramento solui stipendarii animi, quoties de Militante Ecclesia merendum; alitèr non probaturi amorem, nisi exhibeant opus. Quanquam ad hanc ille Tuam NAVIM confugit, quæ non contenta eò tantùm tendere,* quo lenis uocat Auster in altum, *sed quoties scyllæa hæreseos rabies* creberq; procellis Africus, evoluit vastos ad Sidera fluctus, *ibi consistit & expectat. Tu generossimus Nauarchus,* magna pererrato statues quæ deniq; ponto? *Magnum quippe illum æmularis Augustinum, qui ita Ecclesiæ adhæsit, ut statim Pelagio bellum diceret, pelagum in Pelagio existimans: Athanasium, qui ita in modico lintre profugus, ut & Arij violentas* Non rudibus remis sollicitaret aquas. *Noctem, hyememq; ferens, non semel inhorruit unda tenebris, sed Tu Gubernator puppi* Palinurus ab alta colligere arma soles validisq; incumbere remis, *adeo ut cedere statim debeat praua iniquitas* æolijs ne quidquam

freta

freta procellis. *Pruſſiam appellemus. Ampliſſima hæc regio, & quæ* vtrinq; pollens, ſive tellus, ſiue ſuas tremat unda leges. *Hæc tamen talis, & tanta ditio, non ex omnibus felix; utpote nulla eſt tam perfecta pulchritudo, quæ ſuos næuos non habeat. In pulchra ſpecie animus plerumq́; inuenitur Terſites. Tot fluminum domina patitur affluam hæreſeos Lernam. Fatalis hæc palus, pluribus regnis diffuſa, illius etiam partes alluit, in qua plus quàm ſeptem capitum hydra reuiuiſcit, dum cæditur, & grandiores ſemper attollit iubas, quoties deprimitur. Sed enim maiori Tecum Hercule ſuſtulit caput, ut Tibi ſubmitteret, erexit criſtas, quas ad modeſtiam componeres. Accepit ictum immanis balæna, & OPALENIÆ* gemuit ſub pondere cymbæ. *Non ſiuit feriantem Antæus, laceſſiuit Gerion, hos Tu & plura alia nomina fatali damnaſti exitu Chriſtianus Alcides. Sperauerat, & vaſtâ ambitione coquebat maleſana hæreſis, componendam aliquando, fatalis ſibi Herculis fortitudinem, ſed enim quod perſonata alibi fortitudo, ad immotam inter decumanos fluctus nauim ſcripſit, idem illa ad auitam Tuam ſcapham legiſſe poterat,* ſurgit ſurgentibus vndis. *Maximis quibusq́; frangendis par, inſolens audacia, huius oneratæ tabulis quatiendis, non ſufficit, & eius ca-*

ſis

ſis ſi capit columbas, in Aquilam apage cum ali quo pedicarum genere. Vidit rebellis illa Gi gantomachia fruſtra Porphyrionem aduersùs fruſtra Typhæum vel validos Mimas, tentâſſe quidquàm, contra ſonantem Palladis ægida, quæ ex Tuo melioris Iouis cerebro prodiens, in hæ reticam colluuiem fulminauit. Ita quippe fe racia hucusq; hydrarum ſæcula; quæ tamen ſi ne mora ſupprimitis, ſi catenati Galliarum Al cidæ opponimini. Facile Tibi Præſul zeloſiſſi me monſtra quæuis ſub pedes iuêre, quandoqui dem nil niſi palmas parare potuit ingens pie tas, & ſummus pro orthodoxis zelus. Et ho eſt OPALENIÆ proprium Domûs, ut quotie fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax à falſæ fidei ſectatoribus prorumpit turbo, ne ſciat in immenſo iactari fortis Liburnica ponto cùm totas Adria naves, mouit & innu bes ſubiêre Ceraunia. Nauis Tua intrepi de tendat iter velis, ſimulq; ſtatim ceder debeat, conuulſum remis roſtrisque ruenti bus æquor. Ingemuerat Polonia ſub Sigiſmun do Auguſto aduentitiá aliunde Lutheri, Ca. uini, Zwinglij tabe, maximas in regno noſtro in fectas Familias, ſed ex OPALENIIS nullus pla ne fuit, qui ad domeſticæ Ratis clauum ſeder non clamaret. Præcipites vigilate viri, & conſidite transtris ſoluite vela citi, qui ne animo-

animosè vrgeret. Nunc o lecta manus validis incumbite remis; Tollite ferte Rates, inimicam findite rostris hanc terram, sulcumq; sibi premat ipsa Carina. Quod *vel in* PETRO de BNIN OPALENSKI *Posnaniensibus admoto Infulis patuit, qui non modo spumans hæreticâ labe non ingressus fretum, sed ad publicas flammas, duobus pestilentis doctrinæ ministris damnatis protectrici etiam in Abrahamo Fasciæ ostendit, alios ventos suam petere carbasum; non quo peruersitas pergeret Zwingliani. Nouit quippe se ex hominibus Pontificem assumptum, oleo inunctum, non tamen ad pacis oleas, quas sperare vellet grassans illa turba. Nimirum marcens luxu Sybaritis non est, quæ vos Præsules gymnico vnguento, in luctatoriam initiat arenam. Adhuc in armis & militari sago, quia militans Ecclesia est, torpere non potestis, quos à suppetiis suis habet Camilla triumphalis Galeas, dum Infulas accipitis, & Episcopale; cui innitimini, pedum, scipio est, qui vel solo nomine, grandia Martialis gloriæ robora circumferens, Africam premit, quam manubiis annumeret Romæ sanctioris. Sed neq; contra solam Hæresim pugnatoria Tu incedis phaselo, etiam in Diæcesi Tua turritis puppibus instas, & ingentem centaurum promoues, quoties negligentiæ hostilitas a-*

liqua

liqua inuito gurgite facit, vel fecit iter. Bene ſiquidem noſtis quod alia Antiſtitis, alia priuati obligátio, qui ſuis non viuens, nec ipſe ſibi viuet, quandoquidem non cedit in laudem aliquibus, etſi benè viuant, ſi non bene præſunt. Præſimus, vt proſimus, & famam merebimur. Aliàs minus ad gloriam in ſolitaria ſanctitate ſeneſcere, vbi meliùs fæcunda exemplorum virtus ad bonum ducit. Egiſti quod Tui muneris erat OPALENIVS; agis quod Pontificis ANTISTES ILLVSTRISSIME. Maximum id Præſulis officium vt gregi ſuo præſens inuigilet, cum & Sol quò viciniùs reſpicit, in uberiorem motum vegetat. Infrà Planetas alios luna, ſed quia vicinior terris illius propinquitas, plura apud nos reperimus, quæ beatitudinem ſuam colligant, ex tanti Sideris influxu. A Præſulum ſuorum aſpectu maior ſemper populus, quando & equum oculus Domini ſaginat; & niſi præſentes, quos aſpiciat, habuerit Soles, degenerat etiam ſoboles Aquilarum. Ferenda utcunq; in animabus ſubditis quies, in Paſtore ſecùs: poſtquam & Homero reliqui Danaum placido correpti membra ſopore, at non Atridem Paſtorem Agamemnona plebis ſomnus habet dulcis verſantem pectore multa. Et ſtruthio daturus fætum oua dum aſpicit, fouet: intuitu ſubtracto nullum ab ouo

expe-

expectat partum. Oculatissimus sit Antistes quiuis necesse, à cuius vigiliis ouium integritas; censurâ enim non vexante columbas, columbæ in coruos abeunt. Sed fuerit in suo munere Tiresias aliquis Tu OPALENI ILLVSTRISSIME *perspicacissimus Argus, ad omnium vota intendis, seu creditarum animarum necessitas, seu ipsa regiminis ratio, curas exigit pastoralis. Imò ampliùs Tua virtus tribuit, quàm Tuorum exposcat indigentia, nouo planè miraculo Senatorem & Pontificem quem tam Patriæ, quam Diæceseos distraherent officia, posse utriq; sufficere Reipublicæ. Et cum sub vno quoque polo fatisceret Atlas, hic geminum sacrum & ciuile cælum, baiulis vnius humeris sustentari. Neq; Tibi Pontificia Purpura, (vt fortè alibi satyricus Euphormionis notauit calamus) splendidæ, illustrisq; opulentiæ cupiditas, sed pauperum gaza quæ meliùs egenorum spes & vota ditare nouit, quam vt aliquid concedat licentiæ, omnia per fastum, & inutilem pompam prodigenti. Ex hoc liberalitatis sinu amplissima prodiere Rokitnensi Mariæ ornamenta, erectæ funditùs & restauratæ basilicæ, quæ mutis etiam parietibus loquentur æternitati Illustrissimum Nomen: & quot in elingui mole numerant cæmenta, tot grandia liberalis munificentiæ statuunt monumenta. Grandis in humano animo*

cogi-

cogitatio cælitibus moliri ædem, & ſtatuere in terris, quod poſt habito coluiſſe polo Diuinitas non dedignetur. Euocari in paginam debuerat & Illuſtriſſimus Tuus ſanguis, ſed quia dedicationem opuſculi Tibi ſcribimus non panegyrim, ignoſces ſi tacito abſoluentur ſilentio, quibus deſcribendis magna volumina non ſufficiunt, non modicæ tantum chartæ. Satis quia nullam maiore locuta eſt *quàm OPALENIAM* ore ratem, totum diſcurrens fama per orbem. *Satis quia duo & modò ſedetis OPALENII in ampliſſimo Poloniæ Senatu, quarto non ita pridem è viuis erepto, Palatinus Łanciciæ curulibus & Maioris Poloniæ Præfectura Generali Illuſtriſſimo. Satis quia Mareſchalcalis virga vltrà centum viginti quatuor annos non interruptâ ſerie in veſtra floruit Domo: Et quidquid è primis Polonæ faſtigiis eſſe potuit, nihil planè fuit, quod in OPALENII Nominis non deſcenderet honorem. Sufficerent hæc ad Tuam famam, niſi Tu ſuperfluum putares ex aliis quærere gloriam, cum ſatis habeas Tuæ. Nulla alia pulchrior Tibi laus, quàm ex optimi Pontificis conſcientia, extra quam non ſit alia, vna hæc ſufficienter confert immortalis memoriæ decus. Memores erunt Eccleſia & Patria Inſulatæ virtutis Tuæ, & in vno culmo non computabunt honoris ſegetem niſi in ampliſſimorum culminum*

minum

minum pleniores exuberent manipulos. A c- dentalis hæc Culmensis Tiaræ materia, plures habebis manubias. Saguntbus prima est, Tarentum, Capuam Polone Annibal expecta. In via primò minores Thebas subiicis Alexander Sarmatice, Bactra, Tyrus, Babylon èst, quæ Tuæ fortunæ accedant in stipendium. E fastigio, in quo stas, adhuc est, quò tendere debeas. Nos verò Illustrissimo Tuo stipendarii NOMINI cum Philopisto Nostro non deside ad Petri nauiculam remige, Tibi Supremo semper Navarcho triumphale ubiuis accinemus celeusma.

ILLUSTRISSIMÆ & REVERENDISSIMÆ

CELSITUDINIS TUÆ

Deuinctissimum Collegium Varsauiense
SCHOLARUM PIARUM.



APPROBATIO.

ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI LOCI ORDINARII.

CVM ex commissione R$\overline{m}$i Patris Generalis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum hic liber à Theologis sit examinatus: Nos eum per Diœcesim Nostram, Varsaviæ imprimi concedimus. Anno Dn̄i 1691. Varsaviæ, die 1. Iulij.

Stanislaus
Episcopus Posnanien.



Facultas Imprimendi
R. P. ALEXII à Conceptione
Præpositi Generalis.

ALEXIVS à Conceptione
Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum
Præpositus Generalis.

CVM *librum cui titulus* Philopistus Orthodoxæ Fidei veritate instructus, à P. IOANNE CHRYSOSTOMO à S. PAULO *Nostræ Religionis Sacerdote conscriptum, duo Theologi ex nostris, quibus commisimus, recognoverint, & in lucem edi posse approbaverint; Nos si ijs, ad quos spectat, ita videbitur, ut typis mandetur facultatem in Domino concedimus. Datum Romæ in ædibus Nostris Scholarum Piarum S. Pantaleonis die* 8. *Maij* 1691.

Alexius à Conceptione
Præpositus Generalis mpr.

Carolus à S. Petro
Secretarius mpr.



Non poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate.

2. Cor. 13. 8.



PHILOPISTVS
Orthodoxæ Fidei Veritate instructus.

INTENTIO AUTHORIS.

QVoniam solemne est Acatholicis ad Sacra Biblia provocare; Dei gratiâ fretus intendo breuiter rati-
num efficaciâ & Sacrârum Scripturarũ
ntextu Orthodoxæ Fidei veritatem osten-
re: & licet in decursu operis aliquas scri-
uras accõmodato sensu sim allaturus; tamẽ
æ ad propositionis confirmationem faci-
t, iuxta propriam verborum vim aut de
rbo ad verbum, aut aliquando secundum
nuinam sententiam brevitatis causâ, de-
cere conabor. Concedat Dñs IESUS, ut ad
nfirmationem credentium, & ad incredu- 1. Cor.
rum lumen sit sermo meus, non in persuasi- 2. 4.
libus humanæ sapientiæ verbis, sed in o-
nsione spiritûs, & virtutis. Amen.

ARGUMENTUM I.
De necessitate Fidei, eiusq; essentia.

PROPOSITIO I.
Homo homini credere debet.

PRimùm quidem, charissime Philopiste,

homo homini credere debet, ut plurima ne
ignoret. Quis enim omnium rerum cogni-
tionem vel experientiâ, vel discursu conse-
qui possit? Quis hominum habet, vel habuit,
vel habere possit omnia præsentia, ut per se-
ipsum videre, & intelligere valeat? Altitu-
Eccli. dinem cæli, & latitudinem terræ, & pro-
1. 2. fundum Abyssi, quis dimensus est? Multa er-
go credere oportet dicenti, vel quia reperi-
untur ab historicis scripta, vel à Præceptori-
bus, vel à Parentibus traditione quadam Pa-
trum, & seniorum, in filios, & iuniores, in-
sinuata. Cur enim credis esse loca, & urbes
ubi non fuisti; fuisse Atavos, quos nunquam
vidisti; res huiusmodi esse, quas sensu alio
non percepisti, quàm auditûs? Credis profe-
ctò, quia aut ex libris legisti, aut ex aliorum
relatu percepisti. Quis verò tibi refert, quæ
credas, nisi homo; tibi legenda scripsit, nisi
homo? Credis ergo homini homo; quod ni-
si facias, amens iudicaberis. Si ergo in hu-
manis, & transitoriis fides est habenda hu-
mana; in æternis, atq; divinis divina fides
erit ab hominibus in homines recipienda: un-
Rom. de ait Apostolus Quomodo ergo invo-
10. cabunt in quem non crediderunt? Aut
quomodo credent ei, quem non audierunt?
v. 14. Quomodo autem audient sine Prædicante?
15. Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?
v. 17. & Paulò post: ergo Fides ex auditu, auditus
autem per verbum Christi. Igitur si quem u-
dis u

lis ut credas, homo hominem audis; si quem
egis ut credas, scripta hominis legis; li-
rum ab homine scriptum, ab homine typis
mpressum, ab homine tibi traditum legis.
Vnde ergo credis, nisi quia Homo homini
credis? Quod si in plerisque non credis, in
lijs plerisque utique credis. Nihil enim cre-
lere, absurdissimum est, & Hominis condi-
ionem excedens.

PROPOSITIO II.

Multò magis DEO credendum.

SI homo Homini credat, quantò magis
DEO credendum, qui est super omnia?
acilè est enim homini mentiri, cum scri- *Ps.* 15.
tum sit: quod Omnis homo mendax; quia
idelicet & decipere, & decipi potest; sed
mpossibile est mentiri Deum, qui est prima, *Heb.* 6:
umma & immutabilis veritas. Cui adhę- 17.
ens Apostolus & Magister Gentium di-
ebat; scio cui credidi, & certus sum, quia 2. *Tim.*
otens est depositum meum servare in illum 1. 12.
iem: De Patriarcha verò Abrahamo dicitur
Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi *Gen.* 15.
d iustitiam. Quia videlicet ex fide diuina est 6.
t ordinemur in finem supernaturalem, qui
Hominum Vires excedit. Quamobrem ad
antæ retributionis iustam mercedem, non
ex operibus nostris tanquam ex nobis, sed ex
DEO revelante, promittente, & impu-
ante ad iustitiam in meritis Filij sui Dñi

Nostri Iesu Christi, pervenire conceditur. Quis verò Deo non credat? Nemo hominum tam vilis, cui aliqua fides non habeatur. Maior autem sapientioribus & eminentioribus; quantò magis Deo, qui sapientiâ praecedit omnia? unde si extrinsecus audiendi sunt homines, ut credamus; quantò magis in cordis nostri penetralibus Deus est audiendus ad fidem praestandam? Dicenti propterea Deo per suum Prophetam Baruch; Audi Israel,
Baruch c. 3. 9. mandata vitae: auribus percipe ut scias prudentiam; respondeamus cum Davide, ô dilectissime Philopiste; Audiam quid loquitur in me Dñs Deus, quoniàm loquetur pa-
Ps. 84. cem in plebem suam, & super Sanctos suos,
9. 10. & in eos, qui convertuntur ad cor. Sine fide autem impossibile est placere Deo; ut con-
Hebr. cludit Apostolus ad Haebreos *Cap.* 11.v.6. Qui
11. 6. enim illi non credunt, quomodo possunt illi placere?

PROPOSITIO III.

Difficultas credendi.

Isa. 53. VErùm, quis credidit auditui nostro? auc
1. Brachium Dñi cui revelatum est? & cùm
Ioan. tanta signa viderunt ut crederent, & non cre-
12. 37. diderunt; quomodo credent, qui nihil experti sunt? sed non omnes obediunt Evangelio, & tamen omnes se vera credere protentur. Haec dicit Dñs, aiunt Prophetae: haec dicit Dñs; & PseudoProphetae clamant; &

quis

quis distinguat lucem à tenebris? Pontificij dicunt. ecce hic est Christus: Protestantes contradicunt; non hic, sed alibi; alibi Græci, alibi demonstrant alij; Christus verò minatur non credentibus pœnam; credentibus *Marc.*
periculum; & cuinam credendum? Dicit e- *16.v.16.*
nim Marcus; qui non crediderit condemnabi- *Id. 13.*
tur. Et idem simul cum Evangelista Mat- *22.*
thæo: ait: Tunc si quis vobis dixerit: ecce *Matth.*
hic est Christus, ecce illic; nolite credere: *24. 23.*
exurgent enim Pseudo Christi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa, & portenta ad seducendos, si fieri potest, & electos. Ecce Moysi credunt Hebræi, non Christo; Saraceni nec Christo, nec Moysi, sed Mahometi: Ethnici nemini, sed rationi, & Idolis; Christiani, & Christo, & Moysi; in singulis verò tanta credendi varietas, ut referri non possit; se tamen *Ephes.*
omnes in via veritatis esse gloriantur. Inte- *4. 5.*
rea clamat Paulus ad Ephesios. Vnus Dñs, una fides, unum baptisma, unus Deus, & Pater omnium. Quo te vertas Philopiste? quibus attendes, ut possis dicere: Hic est Deus, qui revelat Mysteria? Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit *Sap. 9*
cogitare, quid velit Deus? cogitationes e- *13.*
nim mortalium timidæ, & incertæ providẽtiæ nostræ. Difficilè cognoscimus quæ
in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inve- *16.*
nimus cum labore; quæ autem in cœlis sunt, quis investigabit?

PROPOSITIO IV.

Nihil tam falsum, quod affirmari non possit.

QVò autem humani arbitrij temeritas e-
rumpit, ut falsissima quæque, si velit,
affirmare non vereatur? Tunc pro ratione
voluntas instat, ut quod placet, comprobe-
tur, & technis ipsis, reluctante veritate de-
fendatur. Quid certius in physicis motu? &
tamen non defuerunt, qui mordicùs motum
esse negarent? Quid communius sensibus i-
gnem urere, nivem esse albam, aquam esse
frigidam, & eiusmodi alia? & tamen scepticis
nihil est certum. In Matemathicis verò quid
Euclidianis Theorematis evidentius? &
nihilominus Euclidomastrix non defuit; &
quid omnium linguis, & scientijs magis com-
probatum, quàm Deum esse? & tamen non
Ps. 12. modò dixit insipiens in corde suo, sed no-
2. stris etiam temporibus dixit quidam in
Regno Poloniæ; non est Deus. Et in hu-
ius sacrilegi argumenti perverso Themate
tot ad seducendum congesserat ratiocinia,
ut ignem promeritus fuerit. Tanta est per-
versæ voluntatis licentia! Quod si falsum af-
firmare quis audeat, eadem facilitate & veri-
tati contradicere non erubescet; & inani di-
sputandi philosophia potens, si contradictio-
nibus devincatur, non tamen confundetur,
ut sileat. Quamobrem dicebat Apostolus ad

Timo-

Timotheum. Finis autẽ præcepti est charitas 1. Tim.
de corde puro, & conscientia bona, & fide 6.
non ficta; à quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium: & alibi; stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita; 2. Tim.
sciens, quia generant lites. c. 2. 23.

PROPOSITIO V.

Quid sit fides Divina.

CVm itaq; & omnia in dubium revocari possint, & omnia hominis liberâ electione affirmari, & negari, an omnium eadem est Fides? An etiam impossibilia credi poterunt? sed definitur Fides, sperandarum substatia rerum; Impossibilia autem nemo spe- Hebr.
rat: Fides ergo non est impossibilium. Quæ 11. 1.
igitur credenda eliguntur, intellectui saltem demonstranda sunt non esse impossibilia; sed quid est Deo impossibile, nisi quod manifestâ & verâ contradictione mentis inuoluitur? ideo dicitur in Evangelio: quia non erit im- Luc. 1.
possibile apud Deum omne verbum. An er- 37.
go omnia possibilia credenda? Absit; neque enim omnia possibilia sunt sperãda: Fides autem Divina est substantia sperandarum rerũ; neq; quis sperare iubetur plures fore mũdos, & si plures esse non implicet. An non etiam Deum esse unum, & trinum credimus, & tamen esse talem non speramus; quis enim sperare velit, ut sint, quæ sunt? exinde verò omnis veritas, quæ à Deo est, quoniam vel

revelata est, vel revelari potest, ad fidem
pertinere videtur; unde additur, quòd fides,
est Argumentum non apparentium. Quate-
nùs ergo ad certitudinem pertinet, quæ ve-
ra sunt, scimus, & credimus vera esse, &
non speramus; sed quatenus fidei veritas
per lumen gloriæ est illustranda; hoc ipsum
dum credimus, & speramus; ut quod per fi-
dem in obscuro nunc videmus, revelata Dei
facie, manifestè, & evidenter contemple-
1. *Cor.* mur. Nunc enim, ut ait S. Paulus ex parte
c. 13. cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum
autẽ venerit quod perfectũ est, evacuabitur,
quod ex parte est (nimirum obscuritas fidei,
gloriæ claritate superveniente cessabit;
quod certò speramus) videmus nunc per spe-
culum (scilicet fidei) in ænigmate (quia
quæ non apparent, credimus:) tunc autem
facie ad faciem: (quia quod speramus eveni-
et; ut revelata facie gloriam Dñi speculantes
2. *Cor.* in eandem imaginem transformemur, à cla-
3.18. ritate in claritatem, tanquam à Dñi spiritu)
Nunc cognosco ex parte; tunc autem co-
1. *Cor.* gnoscam sicut & cognitus sum. Patet ergo
13. quomodo Divina Fides est sperandarum
substantia rerum, argumentum non appa-
rentium.

PROPOSITIO VI.

Fides est donum DEI.

SI verè fides divina est, donum Dei est; iã

vero-

verorum est, quæ speramus aliquando videre, quibus nunc ex authoritate revelantis assentimur; si quis uerò credat falsa, fidem divinam non habet; Deus enim falsa non proponit credenda, quæ neque sperari possunt, quamquam possibilia esse possint. Si quis autem sine spe credat, speculatori potiùs similis, videtur quàm fidelis habendus; fides autem divina, & humanum intellectum ad veritatem intuendam invitat, & voluntatem accendit ut speret, quæ proponuntur, clariùs in altera vita videnda; & ad supernaturalem finem nos dirigens supra vires nostras elevat mentem, ut in charitate Dei, omnia operetur, & propositum finem consequi possit; Nisi hoc fiat, quid prodest credere? nam secùs & Dæmones credunt, & contremiscunt. At non hoc donum Dei? Nam sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Quamobrem dilucidè ad Ephesios dicitur. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim Donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo IESU in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Cùm itaq; Theologica fides, donum sit Dei, quomodo habebis illud mi Philopiste? nisi Deus gratis concesserit? Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, Deus est enim

Iacob. 2. 20.

2. *Cor.* 3.

Eph. 2.

Rom. 9. v. 16.

qui

Philip. qui operatur in nobis, & velle, & perficere,
2. 13. pro bona voluntate.

PROPOSITIO VII.

Veræ fidei receptioni præcedit humilitas.

QVid ergo dicemus? si Divina fides, est Donum Dei; ergo cuius vult misere-
Rom. 9. tur, & quem vult indurat. Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis resistit? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Nam in
Act. 10 veritate comperi (ait S. Petrus ex Deute.
34. c. 19. 17.) quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: Quid igitur? qui omnes homines vult salvos fieri,
1. *Tim.* & ad agnitionem veritatis venire, cur divi-
2. næ fidei donum omnibus non concedit?
Io. c. 6. nemo potest uenire ad Christum, nisi *Pater*
44. traxerit eum, quare ad ipsum omnes non trahit? An omnes salvos facit in propria fide
1. *Cor.* cui placuit per stultitiam prædicationis sal-
1. 21. vos facere credentes? Quomodo ergo scribitur de ijs, qui pereunt, eò quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent,
1. *Thess.* ideo mittet illis Deus operationem erroris
2. 10. ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consense-
Rom. 9. runt iniquitati? O homo, tu quis es, qui re-
20. spondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei
Sap. 15. qui se finxit; quid me fecisti sic? An non
habet

habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſ- *Iſa.* 45.
ſa facere aliud quidem vas in honorem, ali- *Ier.* 18.
ud verò in contumeliam? Quantò magis De-
us omnium abſolutiſſimus Dñs facere poteſt
de hominibus, quidquid ſibi placuerit? In 2. *Tim.*
magna autem domo non ſolùm ſunt vaſa au- 2. 20.
rea & argentea, ſed & lignea & fictilia; &
quædam quidem in honorem, quædam aut
in contumeliam. Tu verò quantus es, o ho-
mo, ut poſſis comprehendere conſilia Dei?
An quia non intelligis, non fidis te Deo cõ-
mittere? An quia prædeſtinationis, & gratiæ
ſecreta non penetras, putas de te male Deum
cogitaſſe? ſi DEUS eſt ipſa bonitas, quid mali
poteſt in te moliri? ſi igitur malum non mo-
litur, perditio tua ex te; ſi bona omni creatu-
ræ Deus præparat, quid anceps cunctaris, nè
bene credas? quid negligis, nè bene facias?
An quia non accepiſti, ut credas, & facias?
Quid autem habes, quod non accepiſti? 1. *Cor.* 4.
Habes corpus, mentem, potentias, ut cogno-
ſcas, ut velis, & quantus es, totus à Deo es,
& dependes, ut ſine ipſo nihil ſis, nihil poſſis
nihil opereris; Ipſius enim ſumus, & in ipſo
vivimus, movemur & ſumus: Quod ideo *Act.* 17.
tibi cognoſcendum proponitur, ne inde 28.
glorieris, quaſi non acceperis. Sic ergo & in
vita ſupernaturali omne datum optimum, & *Iac.* 1.
omne donum perfectum deſurſum eſt deſcen- 17.
dens à Patre luminum; ut ſi abundes, nè
glorieris, quaſi non acceperis; ſed ex tali

cogni-

1.Per.5. cognitione humilieris sub potenti ma
Id. 4.6. Dei, qui dat omnibus affluenter, sed supe-
bis resistit, humilibus autem dat gratiam.
Matth. autem non habes, opus est ut quæras; na
7.7. qui petit, accipit; & qui quærit invenit,
Sap.1. pulsanti aperietur: Quare omnibus Sapient
clamat. Sentite de Dño in bonitate, &
simplicitate cordis quærite illum; quoniã i-
venitur ab his, qui non tentant illum: app-
ret aut eis, qui fidem habent in illum. Id e
ut fidant illi, & non sibi. Et Christus ad P-
Matth. trem ait. Confiteor tibi Pater, Dñe cœli,
11.25. terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus,
prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita P-
Ps.17. ter quoniã sic fuit placitum ante te: quonia
28. tu populum humilem salvum facies; & oc-
los superborum humiliabis.

PROPOSITIO VIII.

Vera fides ratione humanâ non potest demonstrari.

QVoniam verò quicunque rectè credit, Dei beneficio credit, ad revelatorum assensum nulla demonstratione ducitur. demonstratio enim intellectum humanum necessitate evidentiæ in habente ipsam conclusionem ex proprijs naturæ principijs ad consentiendum inducit. Cùm verò dictum fuerit, quòd arbitrij humani licentiâ, etiam quæ demonstrantur, illudi possint; quanto magis quæ demonstrari non possunt? Im

quan-

quantò magis quæ superant capacitatem mentis creatæ; & mundi huius Philosophiæ rationem transcendunt? quare ad Colossenses scribebat Apostolus: Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum: & paulò post: videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: & monuit Ecclesiasticus dicens: Altiora te, ne quæsieris; & fortiora te, ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Nã, sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Inde enim multi exciderunt, quia quòd fidei divinæ est, voluerunt suis rationibus, nimiùm hominum capacitati accomodare, & sic amiserunt donum, dum propriæ voluntatis opiniones elegerunt pro fide; quæ si donum Dei est, non ex hominum electione est; ut quæ rationibus humanis probantur, illa solummodò vera sint: sed ea omnia, veræ fidei erunt, quæ à Deo revelata sunt, quamquam hominum iudicio non probentur. Hinc ait Ecclesiastes, & intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole: & quantò plus laboraverit ad quærendum

Colos. 2. 4.

Eccl. 3. 22.

Prov. 25. 27.

Eccle. c. 8. 17.

dum, tantò minùs inveniat: etiam si dixert
sapiens se nosse, non poterit reperire.

PROPOSITIO IX.

Vera fides humanæ rationi non repugnans, ratione humana suaderi potest.

SEd tamen, quia quæ vera sunt, menti no
repugnant cùm verum, sit obiectum eiu,
Divina fides nullatenus rationi humanæ re
pugnat; quin argumenta omnia, quæ contr
veram fidem adduci possint, non sint insolu-
2. Cor. bilia. Idcirco dicit Apostolus ad Corinthio,
13. Non enim possumus aliquid adversus verita-
tem, sed pro veritate. Imò quoniam omni
Ps.118. serviunt Deo, ratio humana suadere fi
dem Divinam poterit; quatenus adinveni
media ad confirmationem eorum, quæ reve
lata sunt: nam si hoc est commune, non so
lum omni verò, ut ex probabilibus conclu
datur; sed etiam omni falsitati, ut ex appa
rentibus suadeatur; quomodo denegabitu
hoc illi veritati, quæ obscuritatem habet,
quò minùs hominibus innotescat? Quia ni
mirum in se, cùm sit veritas Divina, adeo e
lucida superiori intelligenti, & menti illu
minatæ, ut dubitari non possit de eius infal
libilitate, evidentia & claritate. Hinc ait S
1. Petr. Petrus, ut credentes, simus parati semper a
c. 3. 15. satisfactionem omni poscenti nos rationen
de ea, quæ in vobis est, spe; sed cum mode
Id. 2.2. stia, & timore, conscientiam habente
bonam

ponam; quia nimirum obſequium noſtrum ad Deum, quod per fidem veram præſtatur, debet eſſe rationabile; & non tanquam brutorum, quoquò ducantur, euntium. Igitur quod humanæ rationi evidenter repugnat, non eſt vera fides. Et ex hoc fundamento, multorum ſuperſtitiones convinci poſſunt, vt de pluralitate Deorum contra Gentes feliciter actum eſt, non modò ab Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus, ſed etiam à melioribus Philoſophis; nam tale fidei fundamentum, Quod ſit vnus DEUS; adeo per ſe primum eſt, vt non revelatione tantum conſtare, ſed Demonſtratione ipsâ oſtendi perhibeatur. Si quando ergo, de fide vera diſputantes, confundantur alicuius ſophiſmate; non id refundendum eſt in fidem, quaſi ſit falſa: ſed in debilitatem Diſputantis; Nam bene periti Dialectici eſt, non modò, quæ vera ſunt ſuſtinere: ſed ea etiam, quæ ſolummodò ſunt opinabilia.

Rom. 12.
1. Cor. 12.

PROPOSITIO X.

Vera Fides ex Scripturis neceſſariò non deducitur.

QVoniam verò ſupponentes Deum eſſe, neceſſariò cognoſcũt illi eſſe credendum; an propterea neceſſariò col-

ligent ex ſcripturis, quæ ſint revelat
& credenda? At ſi hoc ſequitur, qua
omnes homines, eadem non credun
& ſapiunt? ſed in ipſis ſcripturis diſc
pant; quæ ſint à DEO, & illarum num
rum variant; & alias habent Hebræ
alias Turcæ, alias Chriſtiani, alias Cl
nenſes, & Ethnici; & inter horum ſi
gulos non plena conformitas. Quis n
bis evidenter oſtendet, quæ ſint à DE
ſi enim aliqua in Mundo ſcriptura eſ
quæ doceat & evincat eandem fiden
cur indè non omnes convertuntur?
Paulo quidem in Areopago diſputant
& de varijs ſcripturarum locis varia a
Act,17. ducenti alij quidem credebant, al
autem contradicebant. Non ergo nece
ſitatẽ ex ſcripturis humanus intellect
habet vt veritati aſſentiatur revelatæ
Quis enim te cogit, Philopiſte, ut p
tiùs Evangelio, quàm Alcorano creda
An non ad omnia liberum arbitrium
quo ſibi diverſæ complacent gentes? A
cedit, quod corruptelis, & interpret
tionibus varijs eadem ſcriptura hom
num ingenio ventiletur; ſicut de ſcript
Ariſtotelicis fit in ſcholis, in quibus, qu
nec ſomniavit Stagirita, Peripatetici r
periunt, dum in contrarias ſententi
2.Petr. eunt. Hoc ipſum ſectarijs evenit, quib
3. eſt eadem ſcriptura; quare ait S. Petr

de S.

e S. Pauli ſcriptis: Chariſſimus frater no-
ter Paulus ſecundum datam ſibi ſapien-
am ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus
piſtolis, loquens in eis de his, in qui-
us ſunt quædam difficilia intellectu,
uæ indocti, & inſtabiles depravant,
cut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſo-
um perditionem.

PROPOSITIO XI.

criptura ſunt vtiles ad concludendum pro vera fide.

SEd tamen quarumcunque ſcripturarũ ſuppoſitio, vtilis eſt homini ad argu-
entandum pro vera fide: Nam & ſic
cerunt antiquitus ex Sybillis Apoſtoli
d Gentium converſionem; & ex talium
ppoſito fiunt argumenta ad hominem
ontra falſitatem ſectarum; ut Dionyſius
arthuſianus Alcoranũ aſſumit ad ipſum
mpidè confutandum. faciliùs eſt enim
de falſam confutare fidem, quam in-
r plures, unam diſcernere veram,
uam oportet tamen in mundo eſſe; ex
uo homines de religione ita diſcrucian-
ır. Quòd ſi nulla eſt, gratis inquirimus:
una in quanam fundetur ſcripturâ,
uis demonſtrabit? ſi DEUS? nulli erit
ifficilè credere; ſi autem homo, cuinam
edendum ſit, dubium eſſe poteſt. In-

terea verò ſcimus , quod, Omnis ſcriptu
2.Tim. ra divinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docen
c. 3. dum , ad arguendū , ad corripiendum, ad
erudiēdum in juſtitia; ut perfectus ſit ho
mo DEI ad omne opus bonum inſtructus
ſed cùm plures velint eſſe Magiſtri , for
midamus , cùm dicitur , quòd omnis
2.Petr. Prophetia ſcripturæ propriâ interpreta
1. 20. tione non fit. Non enim voluntate hu
manâ allata eſt aliquando prophetia ; ſed
Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt San
cti DEI homines. Quis oſtendet igitur
nobis bonam, & inſpiratam ſcripturam
quis eam genuinè interpretabitur? Quòd
ſi per ſe ipſum immediatè DEUS omnibus
& ſingulis inſpirat, & quæ ſit eius ſcri
ptura, & quo ſenſu intelligenda, quid
de fide vna tot ſententiæ, quot capita?
An vnus & idem Spiritus, eſt diverſa
1. Cor. rum, & inter ſe oppoſitarum propoſi
12. tionum inſpirator? An vnus & idem Spi
ritus gratiarum impertitor. qui dividit
ſingulis prout vult; in alijs veritatem , in
in alijs errorem dividet, qui veritatis
Spiritus eſt? Hic difficultatum nodus.
Vnus DEUS, vna fides, vna ſcriptura di
vinitùs inſpirata; reperire autem quæ
nam ſit, quis oſtendet?

PROPO

PROPOSITIO XII.
Vera fides Portentis non evincitur.

RVrsùs quoniam scriptùm est. Signa
autem eos, qui crediderint, hæc
sequentur; in Nomine meo Dæmonia *Marc.*
ejjcient: lingvis loquentur novis: ser- *ult.*
pentes tollent: & si mortiferum quid
biberint, non eis nocebit: super ægros
manus imponent, & bene habebunt.
Portentis vera fides necessariò evince-
tur? sed nostris temporibus quàm rara
sunt portenta? Narrantur autem non so-
lum à Moyse & Apostolis facta, sed eti-
am à Maleficis Ægyptijs, à Balaam, & *Exod. 7.*
Simone Mago; & in Gentium fastis *Act. 15.*
similia describuntur. Quin etiam Por- *Num. 23*
tenta coram multitudine vel ab Aposto- *Act. 8.*
lis facta non omnes commovebant, ut *11.*
Christi fidem amplexarentur: non ergo
habent necessariò, ut Humanam men-
tem evincant de vera fide, quænam illa
sit. Modò autem, num, quia tam rara
sunt in mundo miracula, tam rari erunt
veri Credentes? sed scribitur ad cautio- *Mat.*
nem eorum, qui credere debent, ne à *24. 24.*
recta fide dimoveantur, quòd surgent *Marc.*
Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & *13. 12*
dabunt signa magna, & prodigia, ita ut
in errorem inducantur (si fieri potest)

etiam electi. Idem de Antichristo affirmatur: Ne quis nos seducat ulllo modo, cùm venerit homo peccati, & filius perditionis; cuius est adventus secundum operationem satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs, qui pereunt. Quis vero discernat vera miracula, quæ sunt à Deo; à prodigijs mendacibus, quæ sunt à Satana? si enim ostendat Deus, & huius ostensionis sit homo certus, non patietur difficultatem, vt credat; sed cùm multa fuerint in mundo prodigia, & signa, ut ex scripturis narrantur, & alia quidem vera, & à Deo; alia autem falsa & apparentia, & à Satana; neque discrimen hominum inter multitudinem pateat; oportet, ut multitudini sit aliqua regula ne decipiatur credendo: cùm ergo immediatè Deus, neque se, neque vera prodigia, neq; horum regulam infallibilem ad dignoscenda, quæ vera sint in singulis & omnibus hominum mentibus manifestat (dum vera fides ad salutem hominum est in mundo) necessariò sequitur, quòd Portenta, esse ut sic, non habeant connexionem evidentem concludendi veritatem fidei

2. Thess. 2. 9.

PRO-

PROPOSITIO XIII.

Miracula sunt maximum veræ fidei Testimonium.

VErumtamen si prodigia mendacia magnam vim habent ad seducendum, ut de Simone perhibetur, cui auscultabant omnes à minimo usque ad maximum; propter quod multo tempore magijs suis dementasset eos: Maximam procul dubio vera Miracula vim habebunt ad veram fidem dignoscendam, & confirmandam; præcipuè autem cùm in hunc finem collimant, ut falsa destruantur prodigia, & veritas manifestetur. Quemadmodum Virga Aaron in colubrũ versa coram Pharaone deuoravit virgas in dracones conversas à Maleficis Ægypti. Et Elias oratione prævaluit coram Deo in confusionem Sacerdotum Baal, ut ignis de cælo elapsus holocaustũ madidum integrè devoraret. Et Paulus Bariesum Elimam Magum devicit cæcitate, ne prædicationi resisteret. Quare ait Christus Dñus: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Minitans verò incredulis Corozain, & Bethsaidæ ait: si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. ex quo bene deducitur, & vis mi-

Act. 8. *Exod. 7. 10.* *3. Reg. 18. 25.* *Act. 13. 8.* *Io. 4. 48.* *Matt. 11. 21.*

raculorum ad fidei testimonium, & ho-
minum libertas, ne veris prodigijs in
assensum cogatur; cùm vel cæcitate sua
semper possit in dubium vocare, an ea
quæ videt, à DEO sint, & vera pro-
digia. Cessaret enim esse fides, si argu-
mento fidei, evidentia conclusionis ex
necessarijs principijs deduceretur. Quan-
quam ergo multùm profecerint Apostoli
Marc. prædicantes ubique Domino coopera-
14. 20. te, & sermonem confirmante sequenti-
Act. bus signis; nihilominus, non omnes in
passim Christum crediderunt. Quid igitur Phi-
lophiste carissime? An quia nullum vidi-
Hæc sti prodigium, nihil credis? Quomodo
verba ergo dicitur; nisi signa, & prodigia vi-
conclu- deritis, non creditis; si, & qui vide-
debant runt, alij crediderunt, alij non; & alij
proRe- credunt, qui nihil viderunt? Re-
gulo cta videlicet fides à signis, & prodigijs
plene non pendet, sed tamen ab his magnum
creden- habet robur, ut in Ecclesia fidei semen
ti cui excrescat. Si enim his prodigijs solum
dicta rectæ rationis lumen adhibeatur, adji-
sunt Io. ciatur, dices, cum Nicodemo ad Chri-
4. 48. stum: Rabbi, scimus quia à Deo venisti
Io. 3. 2. Magister: nemo enim potest hæc signa
facere, quæ tu facis, nisi fuerit DEUS
Io. 9. 33. cum eo: & cum Cæco nato, & illumi-
nato: nisi esset hic à Deo, non poterat
facere quicquam.

PROPOSITIO XIV.

lores hominum non ſunt infallibilis Fidei veræ, vel falſæ, deductio.

TAndem, quia Mores humani principium habent intrinſecum ex homi-
e, fortè inde cognoſcetur, ut, ſi pro-
i ſint & honeſti, veram arguant fidem;
verò mali, & indecori, falſam con-
incant? Nam homo ſecundum quod co-
noſcit bene, vel malè, videtur mora-
iter agere; cùm ergo fides ad cogniti-
nem pertineat, ex bona fide, boni
runt Mores, ex mala autem, mali; ideo
it Chriſtus: Non poteſt arbor bona *Matt.*
nalos fructus facere: neque arbor mala, *7. 18.*
onos fructus facere. Cùm itaq; naturæ
umine cognoſcantur boni mores à ma-
s, indenè colligetur bona, vel mala
des? hoc dici nequit; quia boni vel
nali mores ſpectant ad omnes gentes,
ı quibus & boni, & mali reperiuntur,
x zizania mista cum tritico in ſingulis *Matt.*
eré populis: Fides autem divina ſpectat *13.*
d ſupernaturalem ordinem, quo Mores
ominũ elevantur per inviſibilem gratiã
DEI; ex quo cùm neſciat homo vtrum *Eccleſ.*
more, an odio dignus ſit; ſed omnia *9.*
n futurum ſervantur incerta, eò quòd
niverſa æquè eveniant iuſto, & impio;

bono, & malo; mundo, & immundo, u
scribit Ecclesiastes, sequitur quod e
moribus, veritas fidei infallibiliter co
gnosci non possit, nisi ab intellectu qu
penetrat mores hominum provenir
fide divina, tanquam à vivificante ill
quod hominibus non est manifestu
Accedit quòd non semper homo ex co
gnitione suæ fidei operatur, sed multi
es ex alia notitia; & qui peccat, notic
voluptatis trahitur, & à concupiscen
Iacob. sua abstractus & illectus, etiam red
1. 14. guente conscientia, operatur. Quamo
Sap. 17. rem qui in vera fide sunt, ex quo p
cant, & non in fidem peccant, fid
non abijciunt, sed illam habent inf
mem, quatenus intimè in eorum cor
bus divinâ gratia non informãtur ad
tam, nec stare potest cum peccato m
Iac. 2. tali, quia fides sine operibus mortua e
ut probat S. Iacobus. Et de vidua q
negligit munus suum inquit Genti
2. Tim Apostolus ad Timotheum: Quæ in d
5. 8.. licijs est vivens mortua est. si quis a
tem suorum, & maximè domesticoru
curam non habet, fidem negavit (q
non operatur iuxta fidei mandata)
est infideli deterior. Potest ergo cu
malis moribus stare veræ fidei professi
sicut stetit bona morũ intelligentia cu
malis actibus in Seneca ex S. Augusti

relatu

relatu, & alijs Philosophis teste S. Pau- *Rom. 1.*
lo ad Romanos; & in Pharisæis hypocri- 20.
tis, qui dicebant, & non faciebant. Si- *Matt.*
cut etiam ex opposito actiones moraliter 23.
bonæ ab infidelibus fieri possunt, quam-
quam non perducentes ad præmiū æter-
næ vitæ; unde scriptum est de illis, qui
contenti sunt legem Naturæ servare: *Matt.*
Si enim diligitis eos qui vos diligunt, 5. 47.
quam mercedem habebitis? Nonne &
Publicani hoc faciunt? Nonne & E-
thnici hoc faciunt? similiter & si pro ve- *Hebr.*
ra fide tenenda, & confirmanda plures 12. 33.
passi sunt plurima: Alij etiam alia passi *Sap. 11*
sunt pro falsitate, & mendacio. 5.

PROPOSITIO X.

Mali mores obsunt veræ fidei intelligendæ.

SEd tamen mali Mores ad agnitionem veritatis sunt maximus obex: Perversæ enim cogitationes separant à Deo; *Sap. 1. 3.* quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: Quomodo enim posset stare vera lux cum operibus tenebrarum? *2. Cor. 6. 15.* Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infi-

 deli

deli? Qui autem consensus templi Ie
Galat. cum Idolis? Manifesta sunt autem oper-
5.19. Carnis: quæ sunt fornicatio, immundi-
tia, impudicitia, luxuria, Idolorum ser-
vitus, veneficia, inimicitiæ, conten-
tiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensi-
ones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebri-
etates, comessationes, & his simila
quæ prædico vobis (ait Apostolus) si-
cut prædixi, quoniam qui talia agunt, re-
gnum Dei non consequẽtur. Ex his enim
pravis operibus passiones animi maximè
commoventur, vt non modò Mens con-
turbetur, & cæcutiat; sed vt aberran-
tes à via veritatis loquantur falsa, & per-
versa: Hinc enim multi infideles, &
Hæretici non convertuntur ad fidem ele-
Tit.1.1. ctorum Dei, & agnitionem veritatis,
quæ secundum pietatem est, in spem vi-
tæ æternæ, quam promisit, qui non men-
titur Deus; sed propter culpas, & sce-
lera ad punitionem tradidit illos Deus
Rom. in reprobum sensum; iuxta quod pro-
1.28. phetavit Isaias dicens: Audite audientes
Is. 6.7. & nolite intelligere; & videte visionem
& nolite cognoscere: excæca cor Populi
huius; & aures eius aggrava: & oculos
eius claude: nè fortè videat oculis suis,
& auribus suis audiat, & corde suo in-
Apoc. telligat, & convertatur, & sanem eum.
22.11. Qui in sordibus est sordescat adhuc: Quia

cum

ım vera fides ſit Donum DEI, & fru-
us divini Spiritûs & primarius panis, qui
or hominis confirmat; vtique Dona po- *Gal.* 5.
ùs Amicis, quàm inimicis concedun- 22.
ır; & panis filijs potiùs, quàm cani- *Pſ.* 103.
us datur; & gratiæ cœleſtis lumen ijs, 16.
ui de ſe quantùm poſſunt in corde ſin- *Matt.*
ero impedimentũ non ponunt. Hinc eti- 15. 26.
m eſt, quod multi exciderunt à recta
de, in qua legem conſiderabant repu-
nantem operibus carnis; ſicut Ioannes *Io.* 6.
it, quod ex hoc multi diſcipulorum eius 67.
ſcilicet Chriſti,) abierunt retrò, & iam
on cum illo ambulabant. Spiritus enim
. diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe
ı cogitationibus, quæ ſunt ſine intelle- *Sap.* 1. 5.
tu (ut ſunt opera Carnis) & corripie-
ur à ſuperveniente iniquitate.

PROPOSITIO XVI.

Quomodo recta fides amittatur.

OMnia igitur opera mala Humanum
intellectum obſcurant, ſed peccata
nortalia divinam gratiam ab homine ex-
cludunt, ne ſanctam viuificet Fidem;
ſed ſi huius generis crimen eſt, ut mali-
tiosè neget aut aliquem, aut omnes ar-
ticulos Fidei, iam fidem totaliter per- *Iac.* 2.
dit. Qui enim offendit in uno factus eſt 10.
omnium reus. Nam quæ ſunt diuinæ Fi-
dei, ſi propriæ voluntati, & intelligen-

tiæ

tiæ ſubijciantur vt alia eligantur, a
reprobentur, iam non ſunt fidei, ſ
Opinionis. Iniuria autem fit maxi
DEO, vt omnium à ſe revelatorum v
unus excludatur articulus non crede
dus; inde enim in hoc mendacij i
putatur; quare ergo & non in alij
ſi enim mentiri potuit in hoc uno, qu
v. g. eſt à DEO revelatum & ſic malitio
iudicatur ab homine; profectò hon
ſibi principium ſtatuit totius authori
tis fidei deſtructivum, ut fidem tota
amittat. Ideoque fides divina in homi
aut integra eſt, aut nulla: Qui enim i
Oſe. 2. fundit ipſam DEUS, ut animam ſponſ
20. in fide, in vaſa malitiæ non infundit: qu
re dicit Sapientia Cap. 12. O quàm b
nus, & ſuavis eſt Domine Spiritus tu
in omnibus! ideoque eos, qui exerran
partibus corripis: & de quibus pecca
admones, & alloqueris: vt relicta m
litia credant in Te Domine. Si ig
tur ex malitia non credunt vel vni ei
revelationi, in DEUM non credunt rev
lantem, & ſic ex diametro fidei ſe opp
nunt; quamobrem non minùs eſt in
delitatis reus Hæreticus, quàm Ethnic
& Idololatra. Solùm hoc diſcrimini
quòd Eccleſia Christi ius habet in Hær
ticos, qui per verum Baptiſma in ipſa
ingreſſi ſunt; In Ethnicos verò, & Pag
nos

ps non: quia (ut dicit Apostolus) Quid
nim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? 1. Cor.
am eos qui foris sunt, Deus judicabit. 22 5.
e ijs verò qui vel uno crimine à fide de-
derant, idem sic iudicat ad Timotheum 1. Tim.
ribens. O Timothee, Depositum custo- 6. 20.
t; devita profanas uocum novitates, &
positionis falsi nominis scientiæ, quam
uidam promittentes, circa fidem exci- 2. Tim.
runt. Et rursus: Profana autem, & va- 2.
loquia devita: multum enim proficiunt
l impietatem; & sermo eorum vt cancer
rpit, ex quibus est Hymenæus, & Phi-
tus, qui à veritate exciderunt, dicen-
s, resurrectionem esse iam factam.
ror autem in fide sine malitia, secun-
um interiorem hominem, fidem non
struit; quia Deus cognovit figmentũ Ps. 102
strum; neque est peccatum nisi vo- 14.
ntarium. Sed in hoc consistit malitia
dei totaliter destructiva, ut vnico ve-
fidei medio nolit homo assentiri, cui
beat inhærere, tanquam sibi à prima
ritate proposito, ut rectè credat; de
io alibi.

PROPOSITIO XVII.

Bona opera ad bene credendum conducunt.

I igitur qui errant corde, non co-
gnoue-

gnoverunt vias Domini, Beatitudo C
*Ps.*9.4. dentium erit, qui in mandatis eius
Ps. 1. pientes nimis, quantùm ex se est b
curant vivere; Nam conscientiæ bo
interrogatio in DEUM conciliat gratia
*Io.*1.9. vt divina lux in tenebris luceat, & il
Matt. minet omnem hominem. Inde er
2. Primitiæ Gentium stella duce ductæ s
ad Dominicas cunas: & Cornelius C
*Act.*10. turio religiosus, ac timens DEUM c
omni Domo sua, faciens eleemosy
multas plebi, & deprecans DEUM sem
per Angeli monitũ, Petri Apostoli fid
professus est. Quia videlicet datur
men de lumine, & itur de virtute in vi
tem, vt videatur DEUS in Sion. Si
enim impossibile est (moraliter, & co
*Heb:*6. muniter loquendo) eos, qui sunt i
4. minati, gustaverunt etiam donum
leste, & participes facti sunt Spiri
Sancti, & prolapsi sunt, rursus revo
ad pœnitentiam: ita impossibile est,
de corde puro faciunt quod sciunt,
possunt; & propter spem vitæ æte
custodiunt se ab omni malo, quant
possunt; vt non illuminentur ad rect
fidem, quæ est substantia, & fundam
*Ps.*144. tum salutis. Quia fidelis est DEUS i
14. mnibus operibus suis; & miseratio
eius super omnia opera eius, ut non p
*Rom.*5. mittat perire clamantes ad se, & ex t

cord

orde quærentes illum. Quid igitur
hilopiste? num excæcabimur vltrò in
alitia nostra vt pereamus? Arguet te *Ier. 2.*
alitia tua. Gratia enim DEI, & miseri- 19.
ordia non deest, sed is deest, qui eam
on excipit. Quomodo autem id fiat, ne
uære: Domini est terra, & plenitudo *Ps. 3.*
us? An, quia nescis gratiæ mysteria,
escis quid tibi sit agendum, vt benè a-
as? Tua est in te conscientia testis, tui
t testis in cælo fidelis, qui hominum
orda scrutatur, vt judicet orbem terra-
um in æquitate. Noli igitur facere ma- *Ps. 88.*
i, & non te apprehendent; sed crede *Eccli. 7. 1*
DEO, & recuperabit te: & dirige viam *Id. 2. 6.*
uam & spera in illum, serva timo-
em illius, & in illo veterasce. Nam;
ui confidunt in illo intelligent verita- *Sap. 3.*
em, & fideles in dilectione acquiescent 9.
li.

PROPOSITIO XVIII.

ides demùm etiam corde & ore est pro-fitenda.

Fides demùm non modo operis, sed
cordis & oris testimoniũ habet: cor- *Rom. 10*
e enim creditur ad justitiam, ore autem 10.
onfessio fit ad salutem. Si enim opere
antùm ad regnum DEI est accessus; quia
niqui regnum DEI non possidebunt; *1. Cor. 6.*
uid ampliùs fides inquiritur? Si fide 9.

tantùm, quid additur ad Corinthi
Ibid. Nolite errare, neq; fornicarij, neq; i
lis servientes, neq; adulteri, neq; mole
neq; masculorum concubitores, neq; fu
res, neq; avari, neq; ebriosi, neq; m
dici, neq; rapaces, regnum DEI possi
bunt? An qui stulta salutis æternæ fi
cia hæc agunt, præmium consequent
quibus omniũ æstimatione pœna de
Marc. tur? Ergò fides tua te salvum facit, si
10.52. des tua recta est, vt credas, quòd,
Matth. malè agunt & impœnitentes decedu
25.41. ibunt in supplicium æternum; vt sic c
dens non malè agas. Si autem sic fid
opere tenes, ne verearis & ore profit
coram hominibus; Nam Veritas fi
Matth. dicit: Qui confitebitur me coram ho
10.32. nibus, confitebor & ego eum coram
tre meo, qui in cœlis est: qui autem
gaverit me coram hominibus, nega
& ego eum coram Patre meo, qui in c
do: Solummodò hoc inveni, quòd
cerit Deus hominem rectum, & ipse
infinitis miscuerit quæstionibus. Q
talis, vt sapiens est? & quis cogno
solutionē verbi? Nam difficultates co
tingunt in minimis, quæ sunt in co
spectu omnium; quantò magis in ij
quæ spectant ad incomprehensibilē D
Sapientiam, & consilium? Non eni
argumentari datur à priori, in ijs, q
Dei sunt; sed à posteriori meliùs; cù
ergo

) Deus per ſuas Scripturas dicat, ho-
em eſſe liberum; & ipſum per Pro-
as ad bonum adhortetur, vt conſe-
ur præmium vitæ, quid vltrà retar-
debet, nè faciat? Certò enim ſciet
ea, ſi modò nondum ſcire poteſt,
d; ſi malè egerit, iuſtè damnabitur. *Sap. 5.*
quia neſcis, quomodo fiat in te nu-
o, & per quas venas chylus pertran-
, propterea deſiſtis bonos quærere
s, & venenatos vitare, nè pereas?
ergo neſcientia detineat voluntatē
ni operis exequutione.

PROPOSITIO V.

ometanorum ſecta eſt ſuperſtitioſa.

cundo, & tertio modo errant Ma-
ometani, in veri Dei cultu; nam
oranus, in quo continētur huius ſe-
undamēta, de ſingulis religionibus
ia comminiſcitur, & dum omnia
lectitur, vt novam conſtituat Reli-
em, nullam facit verám. Cuius li-
ola lectio poſſet pro ſuperſtitionis
utatione eſſe ſatis, cùm ibi contine-
r ridicula; contradictoria, abſurda,
ordida; Totumq; beatitudinis hu-
æ præmium in carnis voluptatibus
t, etiam poſt mortem; quibus ait
ſtus: Erratis neſcientes Scripturas, *Matth.*
virtutē Dei; in reſurrectione enim *22.29.*

neq;

neq; nubent, neq; nubentur, ſed er
ſicut Angeli Dei in cœlo. Imò & be
Spiritibus Alchoranus tribuit corpu
carnis concupiſcentiam, & libidin
& deceptiones; Scriptum eſt aut
Luc. 24. quia Spiritus carnem & oſſa non ha
39. hæc enim (ſcilicet caro & Spiritus)
Gal. 5. invicem adverſantur in eodem hom
17. quantò magis in Spiritu cœleſti,
Dei viſione iam fruitur? Præterea h
ſectæ propagatio non facta eſt legit
divinæ fidei confirmatione, ſed Ty
nide, & ferro, & nullis miraculis
ipſe Alchoranus proteſtatur. Non
eſt autem mirum multos habere aſſe
qui voluptatibus, & illecebris carni
ſenſûs, invitat; quia eiuſmodi apoſ
Eccli. 19. re faciunt & ſapientes. Ideò ma
ſuſpecti ſunt habendi, qui religio
immutant ad laxandas concupiſcen
quibus in vera religione prohiber
Inſuper cùm habeant circumciſion
circumciſio autem ſit ſignum Chriſti
miſſi ex Abrahæ ſtirpe; Chriſtum
ipſi fateantur veniſſe; iam tenent
daciter ſignum ſine re ſignificata. A
dit, quòd communiter Turcæ pu
omnes eſſe ſalvandos in ſua fide;
ergo hoc neq; ſentiant, neq; ſentir
ſint, qui ſunt in vera religione; nan
eſt veritas; ipſi vt ſecuri ſint, de
tra

ſire ad veram Religionem, in qua
ꝯſi, & alij affirment ſe poſſe ſalvari.
mò tandem impietatis arguuntur,
d de fide nullum admittant diſcur-
, ſed armorum vi dilatari affectent;
d ſi Apoſtolis dictum eſt: Quicunq; *Matt.*
receperit vos, neq; audierit ſermo- 10.14.
veſtros, exeuntes foras de domo,
civitate, excutite pulverem de pe-
is veſtris; quantò magis cum his *Eccli.32.*
gruit, vbi auditus non eſt, nè effun- 5.
us ſermonem.

PROPOSITIO VI.

reſes in Chriſtiana fide ſunt fugiendæ.

Varto modo errant hæretici in Dei
cultu, præter alios errores, quos
è retinent mente, & tueri verbis co-
tur. Nam cùm publicus Dei cultus
ſcribatur in Sacrificijs, & cantibus
oritativè à vera Dei Eccleſia, dum
pſa Hæretici recedũt, & propriâ au-
ritate novum cultum publicum in-
ant, innovare manifeſtum eſt non
in vera Religione. Conſtat verò in
gulis Religionibus, ſive falſis, ſive
a, diverſas & varias eſſe ſectas, &
niones hominum; quare ad Corin-
os ſcripſit Apoſtolus. Audio ſciſſuras 1.*Cor.*
inter vos, & ex parte credo; nam 11.19.
rtet & hæreſes eſſe, vt & qui pro-
bati

bati sunt, manifesti fiant in vobis.
Matt. Christus apud Matthæum: Necesse
18. 7. enim vt veniant scandala: Quæ qui
necessitas scandalorum, & hæresum
eo deducitur fore in Ecclesia, quia
veritatis via sit vna, eaq; recta; mo
ter fieri non potest, vt in tanta mult
dine populorum, & hominum non fi
qui ab ipsa non exorbitent, vel ig
rantiâ, vel passione concupiscibilis,
irascibilis, vel tandem malitiâ.
ipsum in Ecclesia Christiana contin
vt in tanta Republica hominum sint
ctæ, & congregationes diversæ,
quod in suis primordijs Iudæi dixeru
quòd esset hæresis; Quare Paulus P
Act. 24. sidi Felici confessus est, quòd secund
14. sectam, quam dicunt hæresim, sic
serviebat Patri & Deo suo: Ita & n
mutuò convitia ferant, dum profiten
omnes Christiani esse, passim sese
hæresi incusant. Notandum est aute
nè calumnia veritati noceat; quòd al
est differre in opinionibus, aliud diff
re in morum & rituum observanti
aliud differre in fide. Opinio enim n
innititur divinæ revelationi, sed ex p
babilibus concludit à ratione huma
adinventis; & quando est huiusm
dissidium, quanquam non conveni
in hoc, quod alter defendit, v. g. vn
parte

tem & alter aliam. Tamen ſi benè
:unt, ſciunt vtramq; eſſe opinionem,
vt talem tenent; & in alijs rebus for-
non diſcrepant. Et hoc modo ſunt in
patu diverſæ ſcholæ, tum Philoſo-
æ, tum Theologiæ; vt Thomiſtæ,
otiſtæ, Nominales, &c. Rurſùs di-
ſa vivendi profeſſio, cum maiore,
minore abſtinentia, cum habitu ma-
, vel minùs auſtero, cum illis, vel
s obſervantiæ regulis, ſicut faciunt
Papatu, qui dicuntur Monachi, vel
gulares; Imò ſub vno Regulæ inſti-
ore Franciſco, Conventuales, Ob-
vantes, Reformati, Capuccini, &c.
lam arguunt divinæ fidei ſciſſionem;
n diverſimodè viventes, poſſunt ea-
n omninò credibilia tenere; ſicut
ntingit & malos, & bonos credere,
um eſſe Deum. Nunc ergò ſuppoſi-
, Chriſtianam Religionem eſſe verã,
ea oportet & hæreſes eſſe, cùm non
nnes eadem credant. Hæreſis autem
n eſt error aut ex ignorantia, aut ex
ſione per ſe procedens; ſed ex mali-
. Ideò Doctor Gentium Titum mo-
ns dicit: Hæreticum honinem poſt *Tit. 3.*
am, & ſecundam correptionem devi- 10.
. Cùm ergò omnes Chriſtiani certò
gnoſcant hæreſes eſſe vitandas, quâ
gulâ vtentur, vt cognoſcant, quænam

 ſint

ſint hæreſes? Quis erit hæreſum Iud
Quis ille, qui poſt vnam, & alter
correptionem hæreticum demonſt
vitandum? Si Scriptura mortua, & ſi
certo interprete; quare ex vna Scrip
ra tot ſectæ? quare ex ſolis verbis p
Euchariſtiæ veritate concludenda,
hæreſes? Si autem vnuſquiſq; pro ſuo
bito interpres, & iudex, maius erit
ſidium, & Chriſti Eccleſia minore pr
videntiâ fundata.

PROPOSITIO VII.

Idololatria eſt eliminanda.

TAndem inter omnes ſuperſtitio
Idololatria eſt maximè fugiend
quæ eſt Idolorum latria, id eſt, adorat
vero Deo debita, Idolis exhibita, & cr
aturis: Nam cùm re verâ vnus ſit Deu
non plures; eſt maxima falſitas, honor
& cultum diuinum communem face
pluribus dijs, aut Statuis, aut creatur
putando in ipſis eſſe divinitatem, a
etiam exteriùs divinitatem in ipſis cul
ipſo profitendo eſſe, quæ nullo mo
Sap. 14. poteſt eſſe, quia Divinitas vna eſt,
21. individua, & immultiplicabilis, & n
men eius incommunicabile. Quare, q
Exod. 20. ait: Non habebis Deos alienos co
me: non facies tibi ſculptile, neq
omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœl
deſupe

desuper, & quæ in terra deorsum, neq;
eorum, quæ sunt in aquis sub terra; non
adorabis ea, neq; coles. Dixit etiam:
Ego primus, & ego novissimus; & absq; *Is.44.6.*
me, non est Deus. Hîc autem considera-
re oportet, quòd adoratio, cultus,
reverentia, & honor; quanquam scri-
ptum sit: Soli Deo honor, & gloria; *1.Tim.1.*
tamen alijs à Deo exhibetur. Sic Abra-
ham tres viros, qui apparuerunt ei,
cùm vidisset, cucurrit in occursum eo- *Gen. 18.*
rum de ostio tabernaculi, & adoravit
in terram. Et Loth similiter Angelos du- *Ib. 19.*
os adoravit pronus in terram, obse-
crans, vt in domum suam declinarent:
è contrà Ioanni ante pedes Angeli ado- *Apoc.22*
raturo Angelus dixit: Vide, nè feceris;
sed Deum adora. Quia scilicet liberum
est, honorem recusare, quem creatura
creaturæ velit impendere. Iterùm, Io- *Gen.42.*
sephum fratres adoraverunt in Ægypto,
& offerrentes ei munera proni in terrã, *& 43.*
& incurvati venerabantur; Non secùs
& Miphiboseth filius Ionathæ corruit in *2.Reg.9*
faciem suam, & adoravit Davidem; mu- *& 14.*
lierq; Thecuitis cecidit coram eodem su-
per terram, & adoravit, vt pro Abso-
lonis vita eum deprecaretur. Et Iudith *Iud. 10.*
prosternens se super terram, Holopher-
nem venerata est, sicut & nostris tem-
poribus Præcelsos terræ Principes flexis

etiam genibus alloqui, & honorare populi ſolent. Imò & filij ſuos patres, & ſervi Dominos honorare iubentur; & oſcula, reverentias, inclinationes, obſequia, tum hominibus, tum rebus inanimatis creberrimè impendimus. Oportet ergo inter cultum & cultum, inter honorem & honorem, inter adorationẽ & adorationem eſſe diſcrimen, nè ſit culpabilis; quod aliud non reperio, niſi, nè fiant huiuſmodi interiùs, vel exteriùs mendaciter, & ad deceptionem videntium. Etenim cùm coram homine genuflectis, & veniam petis, quid ampliùs facis cum Deo, niſi, quòd hunc ſuper omnia cognoſcis mente, illum verò tibi naturâ ſimilem, atq; mortalem? Quod ſi hominem putares particulâ divinitatis aliquâ præditum, iam ſic adorans idololatriam committeres. Item, quid differt, quòd abſentis amici epiſtolas excipis reverenter, & deoſcularis, & in memoriam illius ſcrinio diligenter
Mat. 23. aſſervas, non aliter atq; Iudæi olim in Philacterijs divinam legem ſcriptam circa frontem præſeferebant? Et quòd tanto honore Arca Teſtamenti cuſtodiebatur, & animalium ſacrificia fiebant, quibus non omnibus liceret vti, & huiuſmodi; ſicut & id dijs ſuis Ethnici præſtabant? Verùm ſi Seneca Iovis,

aut

aut Mercurij ſimulacro litet, quamquam mente non erret, benè intelligens, idolum in mundo nihil eſſe; errat tamen facto ipſo extrinſeco, quia palam approbat, quod reprobat intùs; nec id ſcenicè fieri conſtat, aut ioco, ſed ſeriò deceptioni inſervit; & honorem ijs tribuit, qui nullo ſunt honore digni. Debuit, qui nullo ſunt honore digni. Debet ergò, quod honoratur, & colitur, aliquo titulo eſſe honorabile, & cultu dignum, & mente colentis, & honorantis commenſuranda veritas, nè decipiatur obiecto; & quem extrinſecâ actione profitetur, honorem, & cultum, communi hominum æſtimatione non præbeat locum deceptioni.

1. Cor. 8. 4.

Sap. 14.

PROPOSITIO VIII.

Hominis animam mortalem faciens, vera Religione caret.

SI qui profitētur errorē aliquē, divinæ Religionis ſunt expertes, in eorum Album pariter referri debent, qui ponunt hominis animam perire ſimul cum corpore; nam revera Spiritus hominis ſuperſtes eſt poſt eius obitum corporalem, & immortalitate donatus. Quod indè probatur; quia quædam hominis operationes, vt ſunt velle, & intelligere, omninò ſpirituales ſunt, neq; à materia dependent, neq; contrarietatem

patiuntur ab Elementis; quamobrem mens humana super omnia ſenſibilia, & corporea erigitur ad Deum intelligendũ & Spiritus incorporeos; & quod non evenit reliquis animantibus, Religionis ſtimulo angitur, & beatitatis deſiderio movetur, quâ ſe hiſce corporeis ſatiari non ſentit; & idem per plures annos homo exiſtens vitâ mortalitatis fluxu mutabili, tot vnâ mente conſervat ſpecies rerum, ſcientiarum, linguarum, quas ſemel didicit, vt niſi ſpiritu inextingvibili reponantur, & adhæreant, excogitari non poſſit, quomodo perſeverent; atq; ſi vini dolium iugiter diffluens, aquæ ſupplemento reparetur eumdem ſaporem ſemper retinens, aut meliorem. Accedit pro hac veritate tot hominum, & ſæculorum conſenſus, quo prophana Philoſophia Gentium, divinis inſiſtens oraculis, inter Academi-
Gen.2.7. cos novit à Deo vitæ ſpiraculũ in humanos artus inſpiratum: Et Epicureis non rectè cogitantibus reſiſtens cum ſapien-
Sap. 2. tia concluſit, quod Deus creavit homi-
& 3. nem inexterminabilem; vt ſpes illius
& 4. immortalitate boni obtinendi ſit plena,
& 5. quia ex iuſtitia ſua in perpetuum vivet. Luculentiùs verò quas Ioannes animas
Apoc.6. interfectorum vidit, Chriſtus docuerat
9. dicens: Qui amat animam ſuam, perdet

: eam ; & qui odit animam ſuam in
c mundo, in vitam æternam cuſtodit
n. Quid enim ſi corporis morte eva-
ſceret, de Religione amplius quæri-
us? Quid ſi carnis interitu ſuccumbe-
, odio legum cuſtodire ſatagimus, nè
gehennam perdamus? Nonnè tunc
lius eſſet comedere, & bibere, & *Eccl. 2.*
endere animæ ſuæ bona de laboribus 24.
s? quàm abſtinere, & ieiunijs vigili-
; tabeſcere, & totâ die conſcientiâ
rqueri? Nonné tunc felicius homini
cederet, ſi leonum robore potiretur
prædam, corvorum annos ſortiretur
vitam, aquilæ pennis donaretur ad
latum, ſtruthionum aqualiculis fati-
ret ad voluptates? Quid in his do-
netur, quibus ſe inferiorem agno-
ret? Aut dum exleges campi beſtias
c cura viventes conſiderat, nonne
erbiùs emancipatur, qui Gentium iu-
us vndequaq; obſidetur? Deus porrò
i eſt, & intuetur vividè, quos fecit, ho-
ines, & iuſtus eſt ad retribuendum,
m hominum curis & laboribus inqui-
, & amari per tot ærumnas mortalis
tæ ſtimulare non deſiſtat, ſicuti per
onceſſum ſuper cætera ſenſilia domi-
um, maius quid in nobis eſſe, quàm
illis teſtatur; ita per divinorum ſoli-
tudinem, propemodum humanis in-

natam cordibus pellucidè oſtendit,q
habemus theſaurum in vaſis fictilib
quem cuſtodire debemus, animam
licet immortalem in hoc corruptil
corpore; propterea inquit: Nolite
Matt. mere eos, qui occidunt corpus, ani
10.28. autem non poſſunt occidere, ſed pot
timete eum, qui poteſt & animam,
corpus perdere in gehennam.

PROPOSITIO IX.

Hominem liberū ad benè & malè ag dum, negans, fidem veram non tenet.

IDentidem, ſi qui hominem liber
non ponant ad benè & malè age
dum; vel eius actiones omnes aſfera
eiuſdem eſſe ſpeciei, vel malas, vel ta
tùm bonas; quam religionem conſtit
ent? Si enim homo, fato, & neceſſita
quâdam, in ſua ducitur; hoc ipſo & n
ceſſitate damnaretur, vel ſalvus fiere
quid ergò curandum vlteriùs, ſive co
cionibus, ſive ſtudijs, ſive præceptis i
ſtituere mortalis vitæ curriculum? Qu
Mat.12. Paterfamilias allaborat, vt vocet op
rarios in vineam ſuam? Quid pro ex
gendis indè frugibus pueros ſuos, Patr
Marc 12. archas, Prophetas, vltimò tande
Gal. 4. vnigenitum Filium expedivit? Quid vo
& 5. camur in libertatē, quâ libertate Chri
Iac.1.25. ſtus nos liberavit, & in legem perfecti
liber-

rtatis ; si libertate caremus ? an ergò
asci, & mori ; ita & velle, & nolle ?
rteriæ pulsus, & respiratio, ita fu-
& electio ? Quid ergò legibus scele-
roscribuntur, & nefarijs hominibus
ernuntur supplicia, si fato, & non
untate ipsâ trahuntur ? Quodsi omnia
ra, quæ fiunt, bona sunt, quare tibi
n bona approbātur, ut ab alijs potiùs
horari velis, quàm iniuriam pati, be-
icia recipere, quàm occidi ? Dicta-
n ipsum legis naturalis quid inquit ?
ce primùm. Omnia quæcunq; vultis, *Mat.7.*
faciant vobis homines, & vos facite 12.
s. Ecce alterum : Quod ab alio ode- *Tob. 4.*
fieri tibi, vide, nè tu aliquandò alte- 16.
acias. Si ergò in te alia odisti, nè fi-
: tibi, alia amas vt fiant ; discernis
q; alia ex hominibus esse mala, alia
na. Quæ si necessitate proveniunt,
id quereris fieri, aut non fieri ? quid
cernis inter bonum & malum, cùm
riusq; ponas idem principium, neces-
atem & fatum ? Neq; rursùs divinæ
atiæ decretis æternis crucieris, rogo ;
uia illa, quomodocumq; sint, in be-
ficium humanæ salutis sunt. Si Deus *Rom.8.*
o nobis, quis contra nos ? Cui volet 32.
alè facere Deus, qui solus naturâ suâ
onus est ? An tu respirare cessas, intel- *Luc.18.*
igens id fieri sine aëris beneficio non 19.
 posse ?

posse? Quod si laqueo suffocaris, n
rem haurire possis; àér profectò tibi
deest, nisi quatenùs impeditur. Ita
dantiùs credas Deum tibi non defut
& qui tam liberaliter temporalia o
bus donat, atq; conservat, non affl
tiùs spiritualia impertietur? Si ergò
Matth. inquit Christus, cùm sitis mali, n
7.11. bona data dare filijs vestris; quantò
gis Pater vester, qui in cælis est, d
bona petentibus se? Patet ergò ho
nem liberum esse ad benè vel malè a
dum, vt indè præmium, vel pœnã c
sequi mereatur; qui consilio matu
agenda, electione decernit, legibus
ret, suasionibus flectitur, oblectamer
illicitur, sponsionis spe trahitur,
voluntariè trahitur, non coactè; Id
Philom. ad Philemonem suasor fidei ait: Si
14. consilio autem tuo nihil volui facer
vti nè velut ex necessitate bonum tu
esset, sed voluntarium; nam vnusqui
prout destinavit in corde suo (sic fac
2.Cor.9. debet) non ex tristitia, aut ex nece
7. tate, hilarē enim datorē diligit Deus:

PROPOSITIO X.

Qui in libertate conscientiæ omnia s
licere árbitratur, aberrat à vera fide.

2.Cor.3. QVid ergò? Num, quoniam vbi S
17. ritus Domini, ibi libertas, cu
Paulo

cam: Omnia mihi licent, sed 1.Cor.6.
nia expediunt; omnia mihi li- 12.
d non omnia ædificant; omnia &10.23.
ent, sed ego sub nullius redigar
e? Numquid homini volare li- *Iob.* 38.
in cœlum conscendere; arcana
e, & abyssos dimetiri? Quis au- *Matt.*
rûm cogitans potest adijcere ad 6. 27.
suam cubitum vnum? Ita etiã
icet idolis immolare, & fornica- 1. *Cor.*
sgredi mãdata Dei, cùm scriptũ 10.14.
ite ab idolorum cultura; fugite & 6.18.
ionem: Mandata mea servate? *Io.* 15.
se omnia licere dicit, non ad 15.
: aut vires humanas excedunt,
e legis observantia exigit, se re-
ad ea dumtaxat, de quibus pau-
ratiocinabatur. Libertas verò
piritûs, quâ Christus liberat ho-
servitute veteris legis, est gra- *Gal.* 4.
stis vigor, ad benè agendum, &
è; quia libertas ad malum est
s ex carnis concupiscentia pro-
; ideoq; magis est liber, benè
uàm malè agens; in quo sensu
aulus Apostolus ad Timotheum:
iusto non est posita, sed iniustis 1. *Tim.*
oditis, impijs, & peccatoribꝰ, sce- 1. 9.
& contaminatis, parricidis, &
is, homicidis, fornicarijs, ma-
concubitoribus, plagiarijs,

mendacibus, & perjuris, & si q
sanæ doctrinæ adversatur. Quâ
tione iusto lex non est posita,
iam detestatur lubens ea, quæ l
hibentur, & fieri non licent sin
to? Et hæc est iusti libertas, vt
in principio recedens à servitut
ti per regulas legum, cum dif
præstabat, indè ex frequentati
crescēte habitu gratiæ, & virtut
ximâ delectatione animi facia
quid novit esse de voluntate
Quisquis ergo omnia promiscuè
na & mala sibi licere credat; &
filiorum Dei libertate caret, &
mio veræ fidei deijcitur. Quis n
ber ipso Deo, qui omnia potest
men peccare non potest; quia
non fortium, sed debilium est

PROPOSITIO X

Sola Philosophia mundi, non pot fidem, aut Religionem præscri

AN demùm sanior mundi P
phia, quâ demonstretur m
nè beateq; vivendi, veram fide
ligionem infra sua lycæa defini
rùm præter quod varijs hominu
onibus ventilatur, plebi diffici
ipsâ fide; non enim datum est o
Corinthum appellere, vt Adagio

tur tam paucis concedendum
ficium, qui Salvator omnium
de omnium salute cogitat, si- 1.*Tim.*
sophiâ conceditur: Imò quæ 4.10.
uram non evolat, à Theologia,
dax ostenditur, cùm sapientia
ndi stultitia sit apud Deum: 1.*Cor.*3.
m evidentiùs olim Proclus & 19.
sophantes esse perhibebant,
ndi, & motûs perennitatem?
iùs in simplici vnitate numerũ
e distingui; divina & æterna
anis & temporaneis non con-
vt mutuò prædicentur: semel
m non posse idem numero re-
Corpus idem in pluribus locis
posse; neq; penetrare aliud cor-
accidentia proprio carere sub-
alia huius generis; quibus fidei
ia respondet, & sustinet; Tem-
undum à Deo definitum certis
, & finis limitibus: in vnitate
Deitatis Personarum Trinitatẽ
: Verbum æternum factum esse
; & immortalem Deum se mor-
isse: & mortuum indè resurre-
em resurgendi omnibus homi-
nditàm: Vnum Christi corpus
tis panis & vini speciebus credi
tum, quod & clausa illæso pene-
tractu; & in Eucharistia abscon-

ditum

ditum Accidentia conservet si
& vini substantia; & suâ corpor
titatem in extensis partibus obti
huiusmodi alia docet, quæ omn
losophiæ rationem transcendit
men Philosophiæ nodos omes
Io.6.65. Quòd si ad multorum captum,
non sint, non tamen evincitur;
de non esse, quæ divinitùs esse
cùm nullam contradictionem in
nisi fortè penes incredulos & im
Io.8.37. quibus dictum est: Qui potest
Matt.11. capiat. Sermo meus non capit i
29. Tandem præstat brevius, certiu
cilius ad felicitatem etiam temp
iter, divina fides; quàm abunda
ceptis, institutisq; Philosophiæ
Iac.1. rei veritas, factores verbi iuxta
22. fidem, non auditores tantùm e
Non ergo Religionem veram p
Rom.1. tur, qui solo naturalis Philosop
mine ad Deum ferri præsumunt.

PROPOSITIO XI

Multipliciter errare contingit, s
ritus veritatis est vnus.

TAndem quis recensere possit
abominabilium numerum,
vno veritatis Spiritu dimotus exu
Ps. 39. Propterea David dolens dicebat
niam circumdederunt me mala, q

ſt numerus; ſed cùm beatum ſciret
, qui non reſpexit in vanitates, &
ias falſas; ſubtexuit: ſe ſatis ſuis
rehenſum iniquitatibus; & non
t, vt videret. Quot hæreſes ad ſua
axat tempora Irenæus enumerat?
ad hæc vſq; tempora congeſſiſſet,
ſſet catalogo modus. Quia nimi-
ex vna veritate deviare infinitis
modum mæandris, anfractibus,
bagibus contingere poteſt; quia
te infinitæ ſunt negationes, & ca-
æ; quas ſi de illo ratio prædicare
t, tot mendacijs obvolvitur. Quin
eritates ipſæ ſecundùm enuntiati-
humanas, in infinitum ſunt multi-
iles; neq; omnium ingeniorum
exiones poſſibiles poſſunt reperiri
æ, & explicitè in ſacris literis ex-
e; quare ait Eccleſiaſtes: Faciendi *Eccl.12.*
s libros, nullus eſt finis; & Ioan-
Sunt autem & alia multa, quæ fe- *Io.21.*
ſus; quæ ſi ſcribantur per ſingula, *25.*
pſum arbitror mundum capere poſ-
s, qui ſcribendi ſunt libros. Cùm
r proceſſu temporum novi ſemper,
vi hominum intellectus, non con-
ſolis veritatibus ſcriptis, alia, &
enuntient; quis ponatur iudex, vt
nguat in fide falſum à vero? Si lu-
naturale ſingulorum, quod ſignatũ
eſt

Ps. 4.7. est à Deo super nos; vtiq; omnes mun
religiones reprobaret; quia lumine n
turali Circumcisionis mysterium, neq; i
Turcis, neq; in Hebræis approbari p
test. Et quod in Idololatris evident
arguit superstitionē, in Religione Chr
stiana Incarnationis Arcanum intellig
re nequit. Si ergo bonum tantum
mundo datū est à Deo, neq; est abscon
ditum hominibus; Dei providentiâ fie
vt in mundo sit quæstionum, & Contr
versiarum Iudex, qui & de non script
secundùm vniversaliora fidei princip
decernat. Nonnè & ita Apostoloru
tempore factum est, vt suborta à Iudæ
Act.15. quæstione de Mosaicæ legis observant
retinenda à fidelibus, non repertæ su
scripturæ manifestè hanc litem dirim
tes, sed convenerunt Apostoli, & sen
ores videre de verbo hoc? Quare & n
væ difficultates non possunt & nunc su
oriri, quibus decidēdis sola Biblia m
tua non sufficiant, sed requiratur Spi
tus vivus veritatis? Ideò ait Christu
Io.16.12. Adhuc multa habeo vobis diceere; s
non potestis portare modò. Cùm aut
venerit ille Spiritus veritatis, docel
vos omnem veritatē. Si hoc solis A
stolis datum; quare non omnem ve
tatem scripserunt, sed multa suis s
cessoribus in Ecclesia reliquerunt de
denc

enda? ſi autem & nunc Apoſtolorum
cceſſoribus datur idem ſpiritus verita-
s, qui unam informat Eccleſiam, an lo-
ıetur, quæ audiet, per omnem Chri-
ianorum multitudinem? ſi id eſſet, o-
nes idem ſentirent; ſed ne multitudo
errret, oportet ut omnes ad unum ve-
tatis Iudicem, & Magiſtrum ſe referant,
ıi ſpiritus veritatis aſſiſtat, neque ſit in-
ſibilis, & ignotus, ſed in Eccleſia Chri-
manifeſtus, & notus; ſicut fuerunt Pe-
us, & Paulus, cæteriq; Apoſtoli, & ſe-
ores, qui Spiritu Sancto abundabant
l inſtruendam Eccleſiam. Ad rem fa-
t Eccleſiaſtes dicens: verba ſapientium *Eccl.12.*
:ut ſtimuli, & quaſi clavi in altum de-
ci, quæ per Magiſtrorum conſilium da-
ſunt à Paſtore uno. His amplius fili
i, ne requiras. Quia videlicet nun-
ıam quieſceres, ſi pluribus Magiſtris
tenderes, qui ſe ad Paſtorem vnum
on referant.

CONCLVSIO

Gitur, Philopiſte, cupis errorum,
& ſuperſtitionum vinculis liberari.
Quis enim decipi velit? Propterea
Atheiſmo abhorres, ne ſis omniũ Re-
gionum expers (p. 1.) ſuperſtitio-
em omnem odiſti, ne miſceas ſacra
ofanis. (p. 2.) Hinc Deum vnum

colere gaudes, sed debito cultu; (p.3. Nec vitium in eo notas, quem super omnia perfectissimum adoras. (p. 4. Quid cum Mahometanis? (p. 5.) expedias paucis. Dati sunt in interitum carnis; Veneri & Marti velificant; e quòd maximè humanum est, discurrere nefas habent. Interea nondum, quo t vertas, intelligis? Christi religionem hæresum dissidijs infectam non ama (p. 6) Quid si immaculatam invenia At sortem cum Idololatris communem abominaris. (p. 7.) Assentior & ipsi Rursus quid Animam tuam facis? si Religio, & fides est propter ipsius bonum magnum quid est, ne pereat unâ cum vitæ mortalis periodo. (p. 8.) Cave igitur ne te minoris facias, quàm te hominum perennis Religio. Liber e (p. 9.) libertate potens, si tantum Bonum utaris ipsâ; si & in malum; liber, sed infirmus. Quid eâ facies? omnia tibi licere arbitraberis? experimento confundêris. (p. 10.) Stoi vitam institues, aut alicui alteri Philosophorum Choryphæo tesseram trade (p. 11.) Nullius eris Ecclesiæ; sed non minus errare continget, quàm var Religionis sectis adcribi. (p. 12. Qu ergò? An fors est natalium Religio,
elec

ctionis; si natalium, num in ea, qua
i sumus, necesse erit & vivere, ac mo-
esset ergò multis pereundi necessi-
quod Divinæ Providentiæ non con-
it. Si igitur electionis est, quâ sor-
destinantur tot parvuli ad mortem-
equam eligere possint? Quare dici- *Io. 15.*
; non vos elegistis me, sed ego elegi 16.
s? O sine, Philopiste, sine de Parvulis
vinæ dispositionis Arcanum; nam me-
s Deus, quàm nos intelligit, quid de il-
fieri expediat. Et dum credis, quod
us, tanquam primus Motor, & Natu-
, & Gratiæ, præcedit omnibus suis o-
ribus, scias, quòd ejus Præelectioni re-
ere potes, quando quod justum, & re-
um est, non eligis credere adultus; &
cta fidem rectam, & lumen conscien-
e, operari non curas.

ARGVMENTVM IV.

e veræ Fidei & Religionis electione.

PROPOSITIO I.

Author eligit Christi Fidem.

EIa, quid amplius moror? cum essem
parvulus, loquebar ut parvulus, co- *1. Cor.*
gitabam ut parvulus; quando au- *13. 11.*
em factus sum vir, evacuavi, quæ erant
arvuli ut electione ipsa Religionem, &
idem amplectar. Ego igitur Philopi-

ste, de conscientia pura, & corde
ficto, Iesu Christi Fidem profiteor; I
demq; Fidei Religionem, qum olim
tiqui Patriarchæ varijs signis prædem
strârunt; quam Prophetæ vatici
sunt, quam vetus Testamentum pluri
figuris præsignavit; quam Christus
us, & Homo, verbis, & prodigijs edc
it; quam Apostoli receperunt; qu
miraculis & prædicatione in mund
vniversum invexerunt; quam prof
sunt Sancti Patres; quam Oecumen
Ecclesiæ concilia sanxerunt, quam P
vinciales Episcoporum Synodus con
mârunt, quam Doctorum scripta illust
runt; quam Myriades Martyrum in t
mentis testati sunt; quam novi Te
menti vulgata Biblia declarant; qu
tot Confessores, tot Virgines, tot A
choretæ, tot Monachi per septemdec
ferè sæcula innocentis vitæ Metho
2Cor.6. servant, in multa patientia, in tribula
onibus, in necessitatibus, in angustijs
plagis, in carceribus, in seditionibus,
laboribus, in vigilijs, in jejunijs, in
stitate &c. In cujus obsequium tot R
ges & Principes terræ, tot Populi,
Nationes intellectum captivant; Ha
ipsam, in qua Dei gratia natus sum;
qua Dei beneficio educatns sum; In q

fretus auxilio vivere, & mori confi-
quam millies elegi, quam nunquam,
in maximis tentationum ærumnis,
rui; Hanc ego fidem, quam Catho-
, & Apostolica Ecclesia tenet; hanc
m eligo, & teneo. Paratus summa
: discrimina pro ejus veritate subire;
d hanc Electionem non me prædicta
vent, quæ scirem technis, & malitiæ
ous illudere; sed veritatem dico in *Rom. 9. 1.*
isto, non mentior, quoniam hæc est
, & vera fides, vna & vera Religio,
& vera Ecclesia fidelium, Ecclesia
vivi, columna, & firmamentum ve- *1. Tim. 3. 15.*
tis.

PROPOSITIO II.

Electæ Fidei medium infallibile.

E tamen ipsâ electione fidei mihi contingat errare, eligo etiam medium infallibile, in quo m securius profiteor; sicut enim qui et alicui scientiæ, vel arti, non so- adhibet libros, qui talem doceant ntiam, vel artem, sed eligit etiam peritum Magistrum, cujus ductu con- ntiùs studet, & difficultatibus occur- ibus illum consulit, ejusq; sese cen- subijcit; sine ipso autem multis ex- itur errandi periculis, maximè verò suo tantùm præsumat ingenio: Ita

ego Divinæ fidei operam navans,
contentus ſcripturis ſacris, & Pat
documentis, & Conciliorum codicib
& ſacrorum Doctorum libris, & Ec
ſiaſticæ hiſtoriæ monumentis; qui
his omnibus difficultates magnas re
rire poſſum; ea omnia reponens in
Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Ec
ſiæ Magiſtrum Viſibilem, & vivent
Chriſti Vicarium, & omnium Eccleſi
quæ in vniverſo ſunt Caput, mihi el
ſummum Romanum Pontificem, S
cti Petri legitimum Succeſſorem, cu
authoritate fidem meam in conſpect
mnium populorum teneo; non al
ſcripturas omnes Bibliorum, Conci
rum, Doctorum, Hiſtoriarum intellige
& recipiens, quàm eo ſenſu, intellig
tiâ, modò, quo prædicta Sacroſancta
cleſia docet, & recipit ſub Paſtore v
militans; ad quem omnes alij Eccle
Paſtores referuntur, tanquam ad ſup
mum, & viſibile caput. Hæc enim eſt
fallibilis regula meæ fidei, ut cred
Sanctam Eccleſiam Catholicam, dum
neo Viſibilē, mihiq; congruum Paſtor
ſequor, credo inviſibili Spiritus Sancti
ſiſtentiâ ipſum in Eccleſia Dei regi, ut
ves ſibi commiſſas authoritate, & doct
nâ gubernet, & paſcat. Idcircò, etian

go circa credibilia errare possim, vel
gnorantiâ, vel cordis perturbatione;
ie tamen in omnibus meis, & dictis, &
criptis, & cogitatibus subijciens huic
anto Ecclesiæ Magistro, qui Spiritûs San-
ti gratiâ regitur, in hæresim non possum
ncidere; cùm tali meâ voluntariâ subje-
tione sim semper paratus obedire in o-
nnibus, & per omnia meo Ecclesiæ veræ
Pastori; & advertens quæ à prædicta
Ecclesia proponuntur credenda; ea o-
nnia teneam, credam, tuear, atque de-
endam. Hæresis enim est error circa fi-
lem cum malitiosa intellectûs pertina-
ia; Quæ quidem pertinax animi mali-
ia in hoc consistit, ut quisquam velit
mpugnare veritatem, quam novit in ve-
a Dei Ecclesia proponi credendam; cũ
ego igitur hanc Ecclesiam Catholicam
ub vno Pontifice Romano, pro tempo-
re Petri successore in Spiritu Sancto con-
gregatam, veram Dei, & Christi viven-
tis Ecclesiam esse confitear, quicquid ipsa
mihi credendum proponit cùm semper
crediderim, credam, & credere velim,
& si quid erro, vel ignoro, in ipsius judi-
cium me referam, ut illi paream; Pro-
fectò sequitur, quòd errare possim, ne-
scire possim, sed hæreticus esse, nisi vo-
luntate meâ, non possim.

PRO-

PROPOSITIO III.

Irrisionis Confutatio.

AT irrides electionem meam, Pl
lopiste, quòd tandem Romanis
prodeam in scenam; quòd Papis
in spectaculum veniam? verum dic, s
des, Tu quis es? Quem electione tuâ i
fide sequeris? vivum, an mortuum? N
Luc. 9. pudeat Professionis electæ; nam verita
26. dicit: qui me erubuerit, & meos sermo
nes; hunc filius hominis erubescet. Al
quem ergo Fidei Doctorem sequeris, a
nullum? si nullum: vnde habes fidem
quæ est ex auditu? An Atheista es? o
mnium ferè ore explodendus. An te i
Rom. 10 psum sequeris? vnde literas scis, nisi a
17. alio didiceris? si alium sequeris prode
Christum tenes, an alium Religionis Au
thorem? Numquid tibi loquitur Deus
aut Christus, & vocem ejus audis, ut quic
credendum sit, certò teneas? si tanto
privilegio gaudes, tecum non discepta-
bo ampliùs. In tuto es; ab alijs pende-
re non debes, ut veritatem sequaris. Sed
cave illusionem Diaboli, qui transfigu-
2. Cor. rat se in Angelum lucis. Contingere for-
11. 14. tè potest, vt inter tot millena hominum
aliquis ingenio perspicatiore præditus,
per se solis libris evolvendis disciplinam
aliquam perfectè assequatur, ita & ex

mero

nero Dei dono, fides concedatur alicui *Sap. 3.*
ber revelationem immediatam, ve- *14.*
uti de Paulo sacræ paginæ testantur *Gal. 1.*
Sed pro multitudine sicut ad per-
ipiendas artes, & scientias non so-
um opus est libris, sed multo magis Præ-
eptore, qui viva voce doceat disciplí-
nam, ejusq; difficultates omnes enodet;
ta ad fidem, & Religionem capessen-
dam, non soli sufficiunt libri, sed Magi-
stro, & Instructore vti necesse est, ideòq;
lixi: Quòd homo homini credere de-
bet: si ergo tu sequeris Christum, & ego;
i Evangelia tenes, & ego: sed nondum
mihi fit satis; quia nec Christus visibili-
er iam multitudinem instruit; nec E-
angelia scripta de se vltrò se nobis in-
inuant sine Prædicante; quid igitur?
Lutherum sequeris, aut Calvinum, aut
lium quemcunq; ex nouatoribus mor-
uis? sed nondum satis. Quia cum sit
nelior canis vivus Leone mortuo, quan- *Eccl. 9.*
o melior est mea conditio, qui sequens *4.*
iventem Papam sim Papista Christia-
ius, quàm tu Lutheranus, vel Cal-
inista? Si autem ex vivis hominem
abes qui doceat; rogo, ille ad
uem sese refert vltimò? Nam & ego
dem didici à Genitoribus, à Parocho,
Scholæ Magistro, ab Episcopis. Sed
hi

hi omnes ultimò se referunt ad vnum supremum Pontificem, à quo, si contingat errare, corrigantur, & si difficultates nascantur, enodentur: Tuus vero Prædicans vivens, ad quem vltimò viventem se refert, tanquam supremum si ad nullum; melior est mea sors, qui tantum habeo Pontificem, à quo dependeo, quàm tua, qui privatum hominem sequeris, arbitrio se suo regentem; si verò ad altiorem se ipso Potestatem, & Magistrum Ecclesiæ tuæ se refert visibilem; aut unus est, aut plures, si vnus quid habet ampliùs supra homines, vt tu debeas plus illi credere, quàm ego summo Pontifici? Hoc meus Papa plus habet, quòd est Petri Apostoli successor, & vt talis à tot Populis, Regibus, Principibus, Nationibus, Ecclesiasticis cognitus. Melior est ergò mea electio, quàm tua. Si verò plures. Cogita, quòd multò plures sunt, qui cum vno Papa consentiunt in Catholica Ecclesia, quàm sint singulæ sectarum Ecclesiæ, cum propriis illarum vel Authore, vel capite. Quomodocunq; sit; sicut me Romanistam vocas ex eo, quòd Romanum Episcopum supremum Ecclesiæ Caput visibile teneo; si tuum caput in saxonia est, tu vocaberis saxonista; si alibi, vel Angli-
sta,

ſta, vel Geneviſta, vel alio modo. Quid inde? Quid ſpecioſiùs inter hæc nomina? An non & Petrus Romaniſta, qui ultimò ſedem Romæ poſuit; Nonne & Paulus Romaniſta, qui & cum Petro Romæ obijt, & de Romana fide potiùs futuri præſcius, ſcripſerat ad Romanos dicens: Gratias ago Deo meo per Ieſũ Christum pro omnibus vobis; quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Imò ſicut Propagati fideles Orientalis Eccleſiæ ex Græcis Græciſtæ dici ex tali methodo poſſent; ita oriundi omnes ab Eccleſia Latina, quæ eſt Romana (Latium enim adjacet Romæ) Romaniſtæ omnes dicentur. Cognoſcant ergò Novatores ex qua ortum habeant Eccleſia, & eodem ſe ſignent nomine, cujus linguam non erubeſcunt. Cæterùm Pontificia dignitas cùm per electionem pluribus ſucceſſivè contingat, non eſt ſectæ nomẽ, ſed officij; in quod cũ tot homines per ſæcula ſuccedant & genere, & doctrinâ, & Patriâ, & ingenio differentes, valde temerè omnes notantur ſuperſtitionis, qui conſcientiâ ipſâ obligantur ad fidei cuſtodiam, & temporali poteſtate non habent quod timeant in promovenda veritate. Quomodo ergò & Papæ omnes errant, & tuus vnus Luthetus,

Rom. 1. 8.

rus, aut Calvinus non erravit? sed & Papæ nomen, primò etiam alijs Episcopis commune fuit; ut nemini pudori esse possit, si vnum sequens in Ecclesia Dei Pastorē Papista vocetur.

Ad Acatholicos.
ADMONITIO.

NVnc ergo, fratres, si non libenter, saltem patientèr libellùm hunc legite; in quo Spiridionis potiùs stylum usurpo, quàm velim Scholasticorum, & Controversistarum sapientiâ abundare:
1. Cor. 9. 19. Cupio enim me vestrum omniúm servũ,
Gal. 1. 4. & in vinculis esse pro vobis, & omnibus
1. Io. 3. 16. omnia factum, vt vos Christo lucri faciam. Si enim Christus semetipsum dedit pro peccatis nostris, & animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Quid enim nosipsos, qui nullius sumus valoris, tanti facimus, vt recusemus & pati, & mori
Rom. 8. pro invicem, vt saluemur; cùm Deus proprio filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hanc ergo meam fidei, & Religionis electionem attentè considerate; & quas pro ea rationes congeram, non disiunctim tantùm attendite, sed totum rei nexum maturè perpendite, dummodò æternam

veſtræ ſalutis ſecuritatem optetis. Hic enim quædam adducam pro Chriſtiana Religione vniuerſim concludentia; quædam verò ſpecialiter pro Catholica Eccleſia ſub vno viſibili capite militante; vt omnibus ſatisfaciam in exiguitate mearum virium. Legite, rogo; & ſi putatis vos ex conſcientia in bona fide eſſe; ſciatis fratres, quòd ex fide vera, vera procedit charitas, charitas autem cùm ſit patiens, rogabo, vt in me patientiam habeatis, ut non in contentione, & æmulatione, ſed ſupportantes invicem in ſpiritu, & veritate conjungamur. Si quis verò his non contentus plura requirat, ſciat me eſſe paratum vt omnibus ſcripto, verbo, factisq; ſatisfaciam. Si autem alius alterius fidei, & Religionis Profeſſione ſecuriùs ſtare putat, quàm ego; abundet pietate, errantem demonſtret, notet verbo, vel ſcripto meos errores, vt corrigam; ſed meliùs converſatione me ſuâ inſtruat. Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt fides mea, non in multiloquio, ſed in ſilentio ipſo, & bona conſcientia fructificare; quam quidam repellentes (ait Apoſtolus) circa fidem naufragaverunt: Propterea ad veræ fidei judicium, & electionem ne accedatis animo perturbato, & con-

1. Cor. 13 *Rom. 13 13.* *1. Tim. 1 19.*

& conſcientiâ peccatis onuſtâ; ſed oculo ſimplici vt totum corpus ſit lucidum; mente apathicâ, vt meliora eligantur: diaphanâ morum innocentiâ, ne lumen veritatis ingredi impediatur. Sicut enim ego in electa mihi fide penitùs me Catholicæ Eccleſiæ judicio ſubmitto, vt bene credam: Ita in ijs, in quibus erro, omnium me cenſuræ ſubijcio, promittens coram Deo, & hominibus emendare in meliùs, in quo ignoranter peccare poſſum dummodo inveniam, qui errorem demonſtrare dignetur.

PROPOSITIO IV.

Electæ fidei probatio ex Monarchia Eccleſiaſtica.

NE igitur electam mihi fidem quis im-
Tit.1.9. probet, quaſi impotentem exhortar
in doctrina ſana, & eos qui contradicũ
Eccl. 5. arguere; ſic defendo, Deus vnus, qu
5. prouidentiâ ſuâ omnia gubernat, & ſap
Iudith.9 entiâ ſuâ attingit à fine vſq; ad finer
5. fortiter, & diſponit omnia ſuaviter; ſ
Sap. 8. cut inviſibilia, & viſibilia omnia ad ſ
1. vnum reducuntur, à quo ſunt, & deper
dent; ita mundi totius regimen ad v
Pſ.1.18. num aliquod in vno quoq; genere ord
91. nat; vt ordinatione ſuâ perſeverent,
regantur inferiora per ſuperiora. Hc

ıcto ex vno mobili eſt omnium Cælo-
m, & Motuum menſura; ex vno ſole
nni, & temporum vices, ex vna luna
enſium phaſes; & inter Animalia v-
ıs homo dominium ſuper cætera obti-
ııt. Tanto exemplo homines, qui à *Gen. 1. 28.*
incipio alij alijs ſe proſtituebant, pro-
er mores hominibus indignos, qui- *Pſ. 48. 13.*
ıs comparati jumentis inſipientibus, &
niles illis facti ſortiebantur cum cæte- *Gen. 10. 8.*
; brutis, vt à melioribus regi deberent;
ıde præpotentes à ſæculo viribus vſur-
ırunt tyrannidem, qua poſtmodum di *Gen. 10.*
ſæ gentes in Nationes, ſingulæ ſibi re-
s, & principes ſucceſſione, vel electio-
: conſtituerunt, vt populi multitudo in
epublica qualibet ab vno melius gu-
ernaretur. Inde jure gentium bello-
m origo, in quo exercitus ſupremo ali-
ıo Duce reguntur; ſicut & quævis Do-
us à ſuo vno Patrefamilias; quivis grex
vno Paſtore, quævis navis ab vno Gu-
ernatore, & ſic de cæteris. Ita pari-
r quælibet Natio Religionis ſuæ ali-
ıem ſupremum conſtituit, à quo cæteri
ependeant. Quare hoc ipſum & Chri-
us non fecerit, vt cum membris viſibi-
bus nō eſſet & viſibile caput? & ſicut fuit
principio Eccleſiæ, ſic ſit vſq; ad con-
ımmationes ſæculorum? Cùm ergò in
Chriſti-

Christiana Republica ex Divina dispe
satione non sit tam visibile caput, à pl
ribus adeo cognitum pro supremo S
cerdote, & Petri successore, quàm R
manus Pontifex, quid si ego ipsum elig
pro primo, & summo fidei Christian
Magistro, non meliùs eligam, quàm cæ
teri, vel qui caput nullum reperiunt, v
qui ad diversa se referunt, vel qui priv
tum aliquem hominem, vel Principe
minùs cognitum, & sæcularem constit
ant? Sed dices, cùm ille sit homo pote
& errare, & insanire. Et hoc ipsum c
singulis. Sed hoc gratis dato, & no
concesso; annon & Imperator erra
potest; & cæteri Reges, & Principes
An propterea illorum determinatio
bus populi patienter non debent stare
neq; inde eluctantur, nisi rebellionis r
haberi velint; quasi ex errato aliquo l
gitimam dignitatem amiserint. Co
siderandum est autem quòd quædam f
dei Christianæ mysteria à suis primordi
per tot sæcula, & Concilia adeo sunt pr
mulgata, vt hæreditariâ traditione,
scripturis in posteros receptâ doceant
à singulis Dei viventis Ecclesijs sine s
premi capitis alia decisione, nisi ut p
tempora defendantur eâdem illæsâ
quando pravorum hominum temerari
nisu

iſu peterentur. Alia autem, tempo-
um diuturnitate, & hominum inſatia-
ili ſpeculatione dum nova excogitant,
ı dies manifeſtantur, ſicut & Apoſtolo- *Act.* 10.
um tempore, quibus Authoritas requiri-
ur, vt obſcura declaret, dubia decidat
:c. Quod ſi in Eccleſia Chriſti deeſſet,
nperfectior eſſet ipſis terræ principati- *Deut.* 32. 4.
us. Dei verò perfecta ſunt opera; cuius
rouidentiâ, & conſilio factum eſt, ut *Matth.* 16. 18. &c.
hriſti promiſſa Petro facta compleren-
ur, quod ſolus Petri ſucceſſor inter tot
piſcopos etiam temporali regno poti-
etur, ad coërcendos quorundam inſo-
ntium impetus, qui magis gladio ſæcu-
compeſcuntur, quàm ſpirituali Ana-
ıemate. Quod ſi ad hæc uſque tempora *Matth.* 5. 15.
ccleſiæ luminaria ſtetiſſent ſub modio,
non ſuper candelabrum affulſiſſent; *Id.* 24. 12.
uoniam refriguit charitas multorum, &
oundavit iniquitas, & multitudinis in-
emento creſcit confuſio[illegible] murmur; *Act.* 6. 1.
ırtim Principum poteſtate, partim li-
ertate populi, partim licentiâ carnis;
ıx fidei propemodum fuiſſet extincta.
uis ergo diuinam prouidentiam non
iretur in Eccleſiæ promotione juxta
hriſti, & ſcripturarum repromiſſiones,
qui omnium erant Peripſemata, facti
ıt Principes terræ? Pontifex ergo ſu-

H premus,

premus, vt homo, errare poteſt, poteſt &
damnari; vt Princeps temporalis ſicut a-
lij Principes varia facere poteſt, quæ no
placeant; vt caput viſibile Eccleſiæ Dei
credimus, quod errare non poteſt; qui
Matth. Eccleſiæ ſuæ aſſiſtentiam æternam Chri-
28. 20. ſtus promiſit: & moraliter loquend
Io. 14. errare non poteſt; quia ſi quid dicere
16. contra Myſteria toti Eccleſiæ manifeſta
cum omnium membrorum oculos in ſ
habeat conuerſos, non vnum reperire
Galat. 2 Paulum, qui eum reprehenderet, ſe
quotquot ſunt in Orbe Epiſcopi, quo
ſunt Regulares, quot item ſunt Catholi
corum ordines: In faciem reſiſterent
Et ſi in errato perſiſteret, deſineret eſſ
caput Myſtici ſui corporis, quia à mem-
bris ſuis non cognoſceretur, vt tale, cur
ſic defeciſſet à fide. In rebus verò ob-
ſcuris, & indeciſis, cum prius multa Do-
ctorum, & Congregationum ventilatio-
ne examinentur, ſi inde matura delibera-
tione facta decernat, authoritativè ho
ita eſſe, & non aliter in bonum ſempe
gregis vniuerſalis, quare non ſtandu
eſt illi? Quare, ſi ab Eccleſiæ Catholic
ordinibus recipitur, ab aliquo particula
carpi debet, quod hominum hinc, ind
ſententijs eſt varium? An ſanius eſt tu-
um judicium, de quo nulla ſcriptura e

ſtat,

ſtat, quam ſummi Pontificis, pro quo militant tot authoritates, & rationes? & ſi lex à ſæculi Principe in regno recepta vim habet, quare ſummi Pontificis declaratio circa fidem, quæ in Eccleſia recipitur, condemnatur? Tandem in rebus circa fidem dubijs, & occurrentibus pro Eccleſiæ conſervatione difficultatibus vel Iudicem habes, à quo non detur appellatio, vel non; ſi habes, ne detur proceſſus in infinitum, vel ejus ſententijs ſtas, & credis, vel non. Si credis, oſtende mihi ſcripturis, vel Concilijs, vel alijs argumentis, quod ille tuus Iudex ſit legitimus, ſicut fit de ſummo Pontifice Romano, per tot ſæcula Concilijs, & hominum obſequijs ad hæc uſq; tempora approbato, & recepto; ſi verò non habes, neq; alteri credis, ſed proprij judicij es, tanquam hæreticus poſt binam correptionem vitandus es; Dicit enim Apoſtolus Tito: Devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejusmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus. Patet hinc ergò electionem fidei meam eſſe, Tuâ meliorem, & magis tutam, cùm non proprio regar judicio, ſed Paſtorem ſequar, qui in Chriſti Eccleſia eſt magis communis, & manifeſtus. *Tit. 3. 10.*

PROPOSITIO V.

Concilia non ſunt ſine Authoritate Papæ.

SEd inſtabis, quòd potius tibi Concili-
um in Iudicem eligis, quàm Papam.
Optimum verè Tribunal ad fidei con-
troverſias dirimendas accommodum;
*Prov.*24 6. nam vbi multa conſilia, ibi ſalus. Et ab
Eccleſiæ origine ſæpè pro graviſſimis
cauſis apertum. Sed Lutherus ne habe-
ret, quò duceretur, niſi proprio judicio,
&Concilia poſſe errare pronuntiat; Quid
ergo? & tu ex illis es, qui id aſſerant?
Igitur tu tibi magis ſapis, quam omnia
Concilia, omnes Doctores, omnes Pon-
tifices, totum corpus Eccleſiæ; quod eſt
quoddam genus amentiæ. Si autem
Concilium admittis; ex quibùs vis ipſum
conſtare; ex omnibus hominibus Mun-
di, an ex Chriſtianis? ſed turpe Paulus
dijudicat judicio contendere, & hoc a-
·*Cor*.6. 13. pud infideles, dicens Corinthijs: Neſci-
tis quoniam Angelos judicabimus, quan-
tò magis ſæcularia? Nec competit Chri-
ſtianis de ijs, qui foris ſunt, judicare;
Ibid. 5. quantò minus infidelibus iudicare non
competet de Chriſtianis? Sanè ſicut ri-
diculum eſſet, ſi quis volens Turcarum
ſectam amplecti, Chriſtianorum Eccleſi-
am conſuleret, ita pro veritate fidei

Chri-

Chriſtianæ concludenda, populos omnes, etiam non Chriſtianos ad Concilium vocare, vt ferãt ſuffragia, res eſſet cachinno explodenda. Non ergo debet judicare de rebus Eccleſiæ, niſi Eccleſia. Nam animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem judicat omnia: & ipſe à nemine judicatur. Soli ergo Chriſtiani ad Concilia vocandi ſunt. Sed rurſus ad talia Concilia vocandi ſunt omnes Chriſtiani, an aliqui tantum, ſapientiores, & ſelectiores? Quocunq; modo hoc ſit, non deerit illis Papa dignitate, & authoritate inter Chriſtianos præcipuus; Quare eſſet excludendus qui defacto vel per ſe, vel per alios Concilijs vniuerſalibus præfuit? Nunc in tanto Concilio, & nondum viſo, ad ſuffragia deveniant omnes Chriſtianâ profeſſione congregati; & vbi plura ſunt ſuffragia, ibi ſit veritas deciſiuè tenenda; Nonne plura ſuffragia militabunt pro ſummo Pontifice? Defacto enim & plures populi Chriſtiani, & ſelectiora Eccleſiæ membra partes eius tuentur, quàm Eccleſiæ aut Lutheri, aut Caluini, aut Anabaptiſtarum, aut cuiuscunq; Reformatoris ſuffragari velint. Si autem

Ibid. c. 2 12.

ſicuti conſueuit, Concilia Oecumenica
Matth. fiunt ex ſelectis Eccleſiæ Dei capitibus,
16. 18. ſicut Petrus primatum habuit inter Apoſtolos, ita ſucceſſor eius inter Epiſcopos, reliquosq; Eccleſiæ Antiſtites, præeſſe ſuo iure debebit. Nunc dico; numquid ſemper debet Concilium apertum ſtare, vt ſatisfiat hominum difficultatibus? & quando non extat actualeConcilium quis convocare debet, quis debet enodare difficultates ipſas in ſcriptis Concilijs occurrentes? Nonne ad priora redimus? Ecce pro me vniuerſale Concilium ſtat ſemper apertum: Caput ſupremum viſibile Papa, cum omnibus ſuis Congregationibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Theologis, vniuerſo Clero Regulari, & ſæculari conſentientibus, vt ſi quid falſi contra fidem decerneret, vel immutaret, impoſſibile ſit quod omnium, vel plurium horum ſapientiâ non deprehenderetur; Quod ſi non plurium, ſed alicuius tantùm vel Doctoris, vel Eccleſiæ ſenſu, falſitatis redarguitur, qui ſic faciat, manifeſtè à Catholica Eccleſia ſui Iudicii proprio ſchiſmate deficit.

PROPOSITIO VI.

Confirmatio electionis ex legis diuinæ perfectione; & Conſiliis.

Electio

ELectio pariter meæ Catholicæ Fidei confirmatur à perfectione legis Diuinæ, Conſiliorum Chriſti, & legis Eccleſiaſticæ ; quæ omnia vim directiuam habent remouendi hominem à concupi- 1. Io. 2.
ſcentia carnis , & à concupiſcentia 16.
oculorum , & à ſuperbia vitæ ; ſcilicet ab omni eo quod eſt in mundo , & conuertendi ipſum ad Deum. Et primò lex Chriſti præcepta Decalogi compendio redigens, ſic ſe habet. Diliges Matth.
Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo , 22. 36.
& in tota anima tua, & in tota mente tua : Hoc eſt maximum, & primum mandatum ; ſecundum autem ſimile eſt huic : Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pen- Marc.
det, & Prophetæ. Et ſcribæ approbanti 12. 33.
Chriſti reſponſum : (Bene, Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus , & non eſt alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine : & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis,) Quid Ieſus reſpondit ? videns quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi : Non es longè à regno Dei. Rurſus , vt ad tantam diuini amoris perfectionem homines dirigeret Chriſtus Dominus ,

quæ

quæ media cæleſtia in Euangeliis ſubm
niſtrat? Ad Spiritum paupertatis docet
vt affectum cordis à rebus extrinſecis
Matt:5. tollat & ad Deum rapiat; dicens: Be
3. ti Pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum e
regnum cælorum: & alibi: Qui no
Luc. 14. renuntiat omnibus, quæ poſſidet, no
33. poteſt meus eſſe diſcipulus: Et Adol
Matth. ſcenti qui Diuina præcepta Decalogi
19. 20. à Iuventute ſua cuſtodiſſe profitebatur
cum interrogauerit: Quid adhuc mih
deeſt? ait illi Ieſus. Si vis perfectu
eſſe, vade, & vende, quæ habes, & d
pauperibus, & habebis theſaurum in cæ
lo: & veni ſequere me; & Diſcipulis
qui reliquerant omnia propter Chriſtum
ad prædicandum euntibus dicebat: No
Id.10.9 lite poſſidere aurum, neq; argentum, neq
pecuniam in zonis veſtris, non peram
in via, neq; duas tunicas, neq; calceamen-
ta, neq; virgam. Et meritum ſtatuens iis,
qui propter Deum ſummè diligendum
iuxta cuiusq; cordis menſuram aliquid
relinquit, dixit: Et omnis qui reliquerit
domum, vel fratres, aut ſorores, aut Pa-
trem, aut Matrem, aut Vxorem, aut filios,
Matth. aut agros propter nomen meum, centu-
19. 29. plum accipiet, & vitam æternam poſſi-
debit. Vt homines ſpirituales reddat,
carnales voluptates infra vnius vxoris
legi-

:gitimum, & indissolubilem thorum co-
:cet, sicut fuit à principio; Nam pluri- *Gen. 4.*
m vxorum author fuit Lamech, qui ac- *19.*
:pit duas vxores. Christus verò inquit:
.udistis quia dictum est antiquis, Non *Matt. 5*
ιœcaberis: Ego autem dico vobis, quia *27.*
mnis qui viderit mulierem ad concupi-
:endum eam, iam mœchatus est eam in
orde suo; & paulò post: Omnis qui *V.32.*
imiserit vxorem suam, exceptâ fornica-
ionis causâ, facit eam mœchari; & qui
imissam duxerit, adulterat. Et alibi:
'ropter hoc relinquet homo Patrem *Matth.*
uum, & Matrem, & adhærebit ad vxo- *19.*
em suam, & erunt duo in carne vna; *Marc.*
taq; iam non sunt duo, sed vna caro: *10.*
.t interpres Christi Paulus, reliqvum est, *1.Cor.5.*
nquit, & qui habent vxores, tanquã non *1.Cor.6.*
abentes, sint. Et contra fornicarios lo- *& c.7.*
uens, ait: An nescitis quoniã qui adhæ-
et meretrici vnum corpus efficitur? Fu-
ite fornicationem. hoc inde suadens
uòd corpora nostra sint membra Chri-
ti, & templum Spiritus Sancti; tollens
rgò membra Christi faciam membra *1.Tim.1*
neretricis? hoc vtiq; Christianis non
onceditur, quibus cum fornicatione o-
nnis immunditia carnis, non modo o-
ere cunsũmato, sed etiam morosæ dele-
ctationis interdicitur, vt sint sancti cor-
de,

de, & verbis, & opere. Vnde ad Ep
Eph.53. sios; Fornicatio autem, & omnis i
munditia, aut avaritia, nec nominetur
vobis, sicut decet sanctos; aut turpitud
aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ
rem non pertinet; sed magis gratiaru
actio. Hoc enim scitote intelligent
quòd omnis fornicator, aut immundu
aut avarus, quod est Idolorum servitu
non habet hæreditatem in regno Chi
sti, & Dei. Vlteriùs verò, ut perfecti
nis amatores Deo liberiùs vacent, d
cet consilium cælibatûs; vt liberâ el
1.Cor. 7 ctione non modo coniuges ex mutu
5. consensu ad tempus abstinere fructuos
possint, ut orationi vacent; sed & pro
pter Deum ex eodem mutuo consens
thoro separari; & qui vxorem non ha
bent, non ducere, & perpetuam profite
ri castitatem. Ideo ait Christus: Sun
Matth. eunuchi, qui seipsos castrauerunt pro
19.29 pter regnum cælorum. Sed; non o
mnes capiunt verbum istud, sed quibu
datum est. Et vas electionis: Dico au
1.Cor.7. tem non nuptis, & viduis; bonum est il
lis, si sic permaneant, sicut & ego; & in
fra: De Virginibus autem præceptum
Domini non habeo, consilium autem
do &c. demonstrans qualiter præferen-
da sit virginitas Matrimonio; non ve

laque-

ieum iniiciat, ſed ut conſulat id, quod
eſtum eſt, & facultatem præbeat ſi-
mpedimento Dominum obſecrandi;
mulier innupta, & virgo cogitat,
Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore,
piritu; 3tio tandem ut homo de ſe
perfectum holocauſtum offerat, do-
Chriſtus obedientiam dicens: De- *Io.6.38.*
ndi de cælo, non ut faciam volunta-
meam, ſed voluntatem eius, qui mi-
ne. & hanc quidem obedientiam me-
dicè ſcripturis docemur; vt primo Deo
obediendum, eiusq; præceptis. Qua-
brem Principibus Synagogæ prohi-
ntibus Petrum, & Ioannem, ne omni-
loquerentur, & docerent in nomine
u: Petrus verò, & Ioannes reſpon- *Act. 4. 10.*
ntes dixerunt ad eos: Si iuſtum eſt
conſpectu Dei, vos potius audire,
m Deum, iudicate: non enim poſ-
nus, quæ vidimus, & audivimus non
ui. 2do. Sanctæ eccleſiæ præceptis; æ-
um eſt enim, vt oves Paſtoris vocem
liant, & eum ſequantur; propterea
oſtolis, eorumq; ſucceſſoribus dictum
: Qui vos audit, me audit; & qui vos *Luc. 10. 16.*
rnit, me ſpernit; qui autem me ſper-
, ſpernit eum, qui miſit me: 3tio Man-
is Principum, & ſuperiorum omnium
a repugnantibus Deo, & ſpiritui;
hoc

hoc scilicet ordine, vt sublimiore,
coniunctiores præferamus minus s
mibus, minusq; coniunctis: ideo in
Rom.13 S. Paulus: Omnis anima potesta
1. sublimioribus subdita sit; non est
potestas, nisi à Deo: quæ autem sun
Deo ordinatæ sunt. Itaq; qui resisti
testati, Dei ordinationi resistit. Et
sequens ostendere qualiter Princ
non sint timori boni operis, sed m
cum sint Dei ministri in bonum; tin
di ab iis, qui male agunt, non enim
causa gladium portant, ideo (ait)
cessitate subditi estote, non solum
pter iram, sed etiam propter consci
n.7. am: & inde concludit: Reddite
omnibus debita; cui tributum, trib
cui vectigal, vectigal; cui timorem
morem; cui honorem, honorem;
Hebr.13 Hebræos: Obedite præpositis vestri
17. subiacete eis: ipsi enim pervigilant,
si rationem pro animabus vestris re
turi. & Petrus: Servi subditi estot
in omni timore dominis, non tan
bonis, & modestis, sed etiam disc
4to. Demùm propter Deum in om
bus seipsum, propriamq; voluntatem
negare, & voluntariâ obligatione p
pter Christum, qui pro nobis factus
obediens usq; ad mortem, perfectam
bedie

entiam confiteri; & de hac perfe-
ne ait Dominus: si quis vult post me *Matth.*
re, abneget semetipsum, & tollat 16. 14.
em suam, & sequatur me. Et alibi:
is veniat ad me, & non odit Patrem
n, & matrem, & vxorem, & filios, &
es, & sorores, adhuc autem & ani- *Luc.* 14.
a suam, non potest meus esse discipu- 26.
& qui non baiulat Crucem suam, &
t post me, non potest meus esse di-
ulus. Omnia enim propter Deum
odio habenda, & fugienda, quate-
mpediunt tendere in viam perfecti-
; quàm quis sibi ingredi elegerit; &
ac via Magister noster homines eru-
s, inquit: Intrate per angustam por- *Matth.*
, quia lata porta, & spatiosa via est, 7. 13.
ducit ad perditionem, & multi sunt
intrant per eam: quàm angusta por-
k arcta via est, quæ ducit ad vitam,
uci sunt, qui inveniunt eam! & pas-
in doctrina Evangelica huius viæ
ustiam demonstrat, ut securiùs no-
ter explanet ad Deum, cùm in lu-
consolationem; saturitatem in fame, *Id.* 5.
ti iustitiæ; beatitudinem in huius vi-
miseriis fortiter sustinendis promit-
Quid cogitatu perfectiùs, quàm ex
le iniurias dimittere, non irasci,
micos diligere, non resistere malo, sed
vincere

vincere in bono malum; orare pro
ſequ ntibus, & calumniantibus, &
ne facere his, qui oderunt nos? Quic
blimiùs, ut percutientibus præbea
maxillam, volentibus tunicam noſt
tollere, ne legitemus, ſed dimittamu
palliū, abſtineamus ab omni iuramer
ab omni verbo otioſo, & hæc ſimilis n
opera naturam vincentia propter Dei
vt in humilitate, manſuetudine on
umq́; virtutum exercitio Cæleſtis Pa
perfectionem imitemur? Quæ quid
cum in nulla, vel ſecta, vel Religic
adeo ſublimia doceantur, vt conuer
mur perfectiſſimè ad Deum, niſi in
tholica Eccleſia Chriſti magiſterio e
dita, non mirum ſit, ſi præ reliquis
mnibus Catholicam fidem, & Reli
onem tanquam meliorem mihi p
denter elegerim.

PROPOSITIO VII.

Legis Diuinæ, & Conſiliorum obſeru
tia in Eccleſia Dei fidem Catholic
veram eſſe confirmat.

QVanquam verò in Catholica Ecc
ſia tam ſublimia Chriſti præcep
& conſilia ab omnibus non ſeruentu
ſed plures transgreſſione ipsâ, cùm ſi
filii lucis, imprudentiores fiant filiis ſ
culi

i huius; nihilominùs ab æra Redem-
onis nostræ ad nostram hanc tempe-
em nunquam defuerunt, aut desunt,
omni studio curauerint, & curent E-
ngelicam perfectionem ediscere. Cu-
rei veritas scripturarum & historia-
n lectione in sæculis transactis inspi-
ur; experientiâ ipsâ ad præsens tem-
s elucet. Quomodo enim vixerint
ostoli, & Discipuli Domini; quomo-
omnes, quos sanctitatis titulo Eccle-
Romana imitandos nobis proponit,
rtyres, Confessores, Virgines, Docto-
s, Anachoretas, Monachos; quotquot,
quam, in Ecclesiasticis annalibus cele-
antur, & approbantur ad Euangelicam
rmam vixisse; si quem præterit, non
m veritatis amantem, pigeat à sacris
elligere historiis; inueniet enim de
is non minus prophetasse Gentium A-
stolum, quàm de Sanctis veteris Te-
menti scripsisse: Qui per fidem vi- *Hebr. 11. 33.*
runt regna, operati sunt iustitiam, ade-
i sunt repromissiones, obturauerunt o-
leonum; extinxerunt impetum ignis;
ugerunt aciem gladii, conualuerunt de
firmitate; fortes facti sunt in bello;
stra verterunt exterorum; acceperunt
ulieres de resurrectione mortuos suos:
lii autem distenti sunt, non suscipien-

tes redemptionem, vt meliorem inve
rent resurrectionem: Alii verò lu
bria, ac verbera experti, insuper, & vi
cula, & carceres; lapidati sunt; se
sunt, tentati sunt, in occisione gla
mortui sunt, circuierunt in melotis,
pellibus caprinis, egentes, angustiati, a
flicti, quibus dignus non erat mundus: i
solitudinibus errantes, in montibus,
speluncis, & in cauernis terræ; & hi o
mnes testimonio fidei probati. Vis s
miles nunc videre, qui animas suas tr
diderunt pro Christo? Circumeas te
rarum Orbem, & Ecclesiæ Catholic
Ordines omnes considera; in quibus in
uenies plurima sacrarum Virginum mo
nasteria, quæ pro Christo Sponso nupti
arum voluptates renuerunt; plurim
virorum cænobia, qui votis paupertatis
castitatis, & obedientiæ voluntariè ad
dicti, aut in eremis, & solitudinibus o
ptimam cum Maria partem elegerun
in oratione, & silentio; ut SS. Benedi
cti, Romualdi, & Brunonis Discipuli
aut diversis pietatis operibus attenden
tes exemplo, & Doctrina pro Christo
militant, vt Augustiniani, Franciscani,
Carmelitæ, Iezuitæ, Clerici sæculares, &
Regulares omnes in Cellulis, in Choris,
in Pulpitis, in Cathedris, in Scholis, in

Xeno-

enodochijs, qui reliquerunt omnes di-
tias, & gloriantur in paupertate; qui
ntempſerunt carnis illecebras, & ieiu-
is, vigiliis, ciliciis, & pœnitentiis ſe
acerant; qui renuntiauerunt ſuæ vo-
ntati, & omni creaturæ in humilitate
ſubdunt; Quæ quidem & maiora cùm
o Chriſti gloria fieri à multis in Eccle-
a Catholica conſtet, non tamen extra
ſam, quis Deum vivum non interpel-
t vt iuſtum Iudicem, & hanc eſſe eius
ram Eccleſiam non fateatur, propter
uem adeò religiosè allaborant tot ho-
inum Ordines? Quod ſi vel ex his plures
xta profeſſionem propriam à perfecti-
ne deficiant, non inde tamen fit, quin
ii vota ſua non Domino reddant; & o- *Pſ. 21.*
nes vel quandoque non nôrint à pro-
ſſione deſciſcere, quandoque etiam in i-
am rurſus intendere. Verùm ſi men-
m ad eos conuertimus, qui Religionis
hriſtianæ Reformatores haberi, & E-
ngelici dici volunt, ecce ſacrarum Vir-
num Monaſteria diruta; Religioſo-
m ordines eliminati, ſacroſanctæ vo-
rum leges peſſumdatæ, Templorum
ltus diuinus profanatus, ſacrilegæ A-
ſtatis nuptiæ conceſſæ: vt Baccho, &
enere Martem in Eccleſiam concitan-
s, tum videantur de Fide triumphare,

cum fædè carnis concupiſcentiis indul-
gent. An non vota Deo facta obligati-
onem inducunt, vt ſeruentur, cum ho-
Leuit. minibus promiſſa non ſeruare turpiſſi-
27. mum habeatur? In Leuitico vtiq; vota
comprobantur, ſicut, & in numeris, vt
Num. 6. Deo fiant, & ſoluantur; quare adhor-
Pſ. 75. tatur Pſaltes canens; vouete, & reddite
12. Domino; & Eccleſiaſtes: Si quid vo-
uiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet
Eccl. 5.3 enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio: ſed
quodcunq; voueris, redde: multoq; me-
liùs eſt non vovere, quàm poſt votum
promiſſa non reddere. Si ergò quis vo-
veat perpetuam Caſtitatem Deo, quæ
ita placet Deo, non debeat ſeruare?
Quid ergò præcipuum Reformatorum
Caput Lutherus, cùm Religionis Augu-
ſtinianæ vinculis eſſet ſuâ voluntate ob-
ſtrictus, & obedientiam fregit, citatus
Romam non veniens, & caſtitatem fæ-
davit, ſacrilegam vxorem ex Monaſterio
ereptam publicè ducens; & abjecto cu-
cullo, non ſolum exemplo, ſed ſcripto
docuit, apoſtatare quàm plurimos, vt fidei
ſtragulo, vxoris lenocinium obtegerent?
Hiccine novus eſt Eccleſiæ reformatæ vi-
gor? Hæccine nova Evangelicæ prædi-
cationis puritas? Iejunia minuere, rei va-
care vxoriæ, jugum ſanctiſſimarum le-
gum

um excutere, ſuum ſibi morem gerere,
nini ſubeſſe, præeſſe alijs, ſcurriliter
erare, fætidè obloqui, & ab arctâ E-
gelij viâ impunè ſpatiari? Et hunc
ritu Sancto duci putem ad reforman-
n Eccleſiam nullis miraculis, nouis
pturarum interpretationibus, qui ſe-
dum ſcripturas non vixit? Ah cogi-
ſectarij, & quotquot poſt Lutherum
pauerunt Eccleſiam, quod non refor-
ionis zelo, ſed Relaxationis nefario
itu ducebantur, vt plebem Dei ſedu-
ent, dum Monachis & Monialibus vo-
um voluntariâ obligatione vinctis
cula rumpunt; dum ad novum E-
gelium in deſtructionem Latinæ Ec-
iæ propagandum, non veniunt humi-
ſine ſacculo, ſine pera, ſine calcea-
tis, non poſſidentes aurum, neq; ar-
tum in zonis; non contradicentes
datis Principum temporaneis; vt
pareant ad teſtificandum Chriſtum,
ndo vocantur; ſed buccas inflant in
tumelias, in diras, & plures facti Ma-
i ſcripturarum in tot ſectas ſcindun-
quot capita; vt mirum ſit, ſi præter
culum quo denegant Papam, con-
gati omnes Nouatores, inueniant me-
n vnum, cui firmiter adhærentes, di-
nant virum Hæreticum à verò fideli.

PROPOSITIO VIII.

Legis Ecclesiasticæ Sanctitas fidem confirmat.

AT contra legum Ecclesiasticarum
lumina audire mihi videor Anti
pistarum plausus in incendio Iu
Pontificij à Luthero Vitembergæ
citato ad Nuntium, quod ejus scri
fuerint pluribus in locis combusta. Q
ultra? Concedunt fortasse legem Chr
in Euangelio contentam esse penitùs i
maculatam, sed leges Pontificias esse a
morum carnificinas, in confirmation
Tyrannidis adinuentas, quibus c
gruat, quod de scribis, & Pharisæis Ch
Matth. stus pronunciat. Alligant enim on
23. 4. gravia, & importabilia, & imponũt in h
meros hominum: digito autem suo n
lunt ea mouere. Et minitans Legisp
Luc. 11. tis ait: Et vobis Legisperitis væ: q
oneratis homines oneribus, quæ port
non possunt; & ipsi vno digito ve
non tangitis sarcinas: Nunquid v
iussit Dominus ea non servare, etiam
Matth. grauia videantur, cum dixerit; Om
23. 3. ergò quæcunque dixerint vobis serva
& facite: Secundùm opera verò eor
nolite facere; dicunt enim, & non fa
unt. Si ergo scribis, & Pharisæis Ch
stus non denegat honorem, vt illis ob
dian

nt homines, quid Lutherus ſuadet, Iu-
ontificio ne pareant ? Quid illud flã-
dignum eſſe præſumpſerit, quod à
, tantisq; mundi vniuerſitatibus com-
batum ſciebat; quod non vnius
enio, ut eius ſcripta, contextum,
tot Doctorum, & Conciliorum,
Pontificum, decretis compactum;
n adiudicatum plurium examine Aca-
niarum, vt ejus ſcripta, ſed optimis v-
iſq; Iuris Doctorum interpretationibus
planatum, à toto Chrtſtiano Orbe re-
tum eſſe non ignorabat. Ergone
, ſuisq; Aſſeclis ſapit vnus Lutherus,
teri omnes & numero, & doctrinâ, &
horitate præſtantes deſipiunt ? Et vt
umphet vnius ſcriptũ flammis deſtina-
m à celebri Louanienſium, & Pariſi-
ium Conuentu, nedum à Pontifi-
s Congregationibus, Authores
nes Iuris Pontificij vnius ho-
nis inopino auſu damnantur ad ro-
m ? Nimirum hoc erat, quod ille mi-
ex Actibus Apoſtolorum didicerat:
Quod multi credentium veniebant con- *Act.* 19.
fientes, & annuntiantes actus ſuos; 19.
Multi autem ex iis, qui fuerant curioſa ſe-
cati contulerunt libros, & combuſſe-
nt coram omnibus: An ſcilicet & ipſe
Lutherus inter hos multos, ex quo au-

diebat ſua ſcripta novis adinuentionib
curioſa, non comprobari à Pontifice, c
iure profeſſionis ipſius, plus cæteris ſ
berat; non comprobari ab Epiſcopi
non ab Academijs, quibus primò, ſe
ſubmiſerat, tandem quia didicerat, quo
Prov. 18 17. Iuſtus, prior eſt accuſator ſui; confeſſi
eſt ſuas culpas, & ſuos libros ipſemet in
cendio conſumpſit? Ah non ſuos, ſe
Pontificios; quia videlicet novus Apo
ſtolus puris inſiſtens ſcripturarum inter
pretationibus, repererat Paulum in Con
cilio iuſſum à Principe Sacerdotum Ana
Act. 23. 3. niâ os percuti; & reſpondentem audi
erat: Percutiet te Deus, paries dealbate
& tu ſedens iudicas me ſecundùm legem
& contra legem iubes me percuti; ſe
quid retulit Paulus, quando qui aſtaban
dixerunt? Summum Sacerdotem Dei ma
ledicis? Dixit autem Paulus; Neſcie
bam, fratres, quia princeps eſt Sacerdo
Exod. 22 tum. Scriptum eſt enim: Principem po
puli tui ne maledices. Nunc videant
Lutheri modeſtiam, vtrum cum ſcriptu-
ris ejusmodi comparent; qui non cum
Apoſtolo Gentium ad tertium cælum ra-
ptus revelationem acceperat novi Euan-
gelij, ſed noua ex ſcripturis connectens,
noua eructabat, & vetera, quaſi ex v-
no quoq; libro non poſſint centonibus
conge-

ongeri & Mala, & Bona. An non ex irgiliana Æneide Pöemata de Beata Ma- a comminiſcuntur? An non & ex Bi- ijs Sacris Iulianus Apoſtata in fidem, orphyrius in Sanctum Paulum, omnes æretici in Eccleſiam lymphati ſunt? oc ipſum codex legum Imperialiũ tan- hominum prudentiâ, & conſilio cõ- nnatus, hoc ipſum & Decretum, & ecretalium volumina omnia pati, vt malis hominibus in malum ſenſum de- rqueri facilè poſſint: nam ſcriptum t: Omnia munda mundis: coinquina- autem, & infidelibus nihil eſt mun- m ſed inquinatæ ſunt eorum, & mens, conſcientia. Cæterùm legum omni- n ſanctitas dijudicatur ex fine ipſarum, praxis vtilitate; cum itaq; omnes le- s Eccleſiaſticæ in hunc finem tendant Chriſti leges & conſilia ſeruentur, hriſtiana Reſpublica in Spititûs vnita- & pace feratur in Deum, ſi candidâ tentione animi Ius totum Pontificium gatur, conſiderando ſingularum legum otiua, circumſtantias temporum, loco- m, perſonarum, ſicut in jure ciuili non invenire ſimile quid Iuſtinianis Codi- bus, Digeſtis, atq; Pandectis, ita in Iu- Canonico, & Eccleſiaſtico quidquam eliùs ad bonum vniuerſi ordinem, &

Tit. 1. 15

Hierar-

Hierarchiam excogitari non potest. Quod
si quis audeat, in medium ferat, & ad
trutinam velit omnia redigere. Nam
ad praxim per plura sæcula leges Ponti-
ficiæ redactæ non modò nullum tyran-
nidis incommodum afferunt, sed tali
Sanctitatis producunt germina, quali
consideres ex recentioribus in Ignatio
in Francisco Salesio, in Philippo Nerio
in Thoma de Villà nouâ, in Carolo Bo-
romæo, alijsq́ hinc, & aliunde prorum-
pentibus surculis, qui Christi bonum
spargunt odorem. Sed, aliis quidem odor
mortis in mortem, aliis autem odor vi-
2.Cor. 2 tæ in vitam. O vtinam omnis concerta-
15. tio esset in obseruandis Euangelij man-
datis, Christi Consiliis, & Ecclesiæ præ-
ceptis iuxta omnium, & singulorum sta-
tum, & officium! Tunc appareret, quod
non ex prædictis legibus pernicies, sed
ex licentia transgrediendi leges, omne
dimanat Christianæ Reipublicæ incom-
modum.

PROPOSITIO IX.

Lex Sacrificii Missæ

SEd breuiter percurramus eas leges,
quibus passim Acatholici solēt offendi.
Missæ Sacrificium tanquam nefas Vitem-
bergæ primò abrogatum Luthero sua-
sore; & in eius locum Noua Cænæ Do-
mini

ni Institutio adinuenta ante omnia
offert. In hoc ergo sibi maximè placent,
òd velint inhærere scripturis; & non Pò-
cum legibus. An ergo Cænam Domini
uatores instituunt, vt vespere facto *Matth.*
ius pedes lauent, & omnes in lecto 26. 19.
scumbant; & dum interim manducant *Marc.*
ios cibos, ab aliquo Prædicante qui 16. 22.
hristum repræsentet, traditur Panis, & *Io.* 13.
alix; & hymno dicto in aliquem Mon-
em exeunt? His enim cæremoniis cele-
ratam fuisse à Christo Domino cænam
larè colligitur ex Euangelijs; quas si
on seruant ad vnguem, igitur nouas in-
roducunt cæremonias, vt Dominicam
Cænam celebrent; & quid maioris ha-
bent authoritatis, vt debeat recipi ritus
psorum, & non Missæ ab immemorabili
empore institutæ sacrificium? In hoc e-
nim & Græci consentiunt, & Armeni, &
Antiquissimorum Patrum adhuc Liturgiæ
extant, sicut S. Ioannis Chrysostomi Mis-
sa, & apud Maronitas, & alios vetustissi-
ma Sacrificij eiusmodi monumenta. Quid
in ea quæso, abominandum reperiunt?
Audiant, videant, rogo, & quod fortè
non intelligunt, interrogent? Inueni-
ent enim nihil ibi institutum, quod vacet
Mysterio; Omnia sacra, preces, lectio-
nem scripturarum, verba Dominica, &

Christi

Christi Iesu Passionem repræsentatam
An hæc nefas? An quod Sacerdos vari
Crucis signis se, sacraq; muniat? At ho
ab Apostolis Hæreditarium. Hoc sign
vtebatur Antonius magnus, vt in eius v
tâ Athanasius refert; hoc signo Constan
tinus trophæa retulit; vt non pudere de
*Luc.*24. beat Christianum illius, in quo Christu
50. triumphauit, & dum ferebatur in Cæ
lum eleuatis manibus benedicens Apo
stolis, satis expressit. An quod Sacer-
dos in Confessione pronus plangat su-
um pectus, modo iunctis, modo eleuatis
manibus oret; & sæpe genuflectat, quæ-
dam voce submissâ legat, quædam elatâ;
alia populum versus, alia dicat versus Al-
tare? At Publicanus à Christo dilaudatus,
qui à longè stans nolebat, nec oculos ad
cælum leuare, sed percutiebat pectus su-
Luc. 18. um. Cumq; eleuaret Moyses manus
13. (orans ad Deum) vincebat Israel; sin
*Exod.*17 autem paululùm remisisset, superabat
11. Amalec: & Christus Dominus, qui per
Isa. 45. Isaiam dixerat, Interprete Paulo, quo-
23. niam mihi flectetur omne genu; orauit
*Rom.*14 aliquando in secreto, aliquando palàm
11. ad suæ instructionem Ecclesiæ; & varijs,
mysticisq; modis, & corporis situ preca-
tus est Patrem; quid igitur reprehendi-
tur Ecclesia, si vestigiis Præceptoris in-

tenta piè ritus, & cæremonias instituit
l Deum honorificandum, qui in veteri
ge tot, adeòq; miris sacrificiorum cære-
onijs in Leuitico per Moysē descriptis
onorarari se docuit? Nō minùs verò zo-
us in has Mosaicas functiones scommatis
chinnari posset, quàm de Missæ Sacri-
cio factū sit ab exoticis. Quemadmodū
itē illæ veteres cæremoniæ Leuiticorū
ptimæ erant, quia multifariā promissum
essiam præfigurabant, ita Ecclesiasticæ
æremoniæ, & Ritus à Diuersis Ponti-
cibus, & Sanctis Patribus paulatim in-
oducti in honorem Diuini cultûs, o-
timi sunt, quia diuersimodè Christi My-
eria repræsentāt; neq; superstitione ali-
uâ, aut vanâ observantiâ retinentur,
d Authoritate ipsius Ecclesiæ, quæ v-
iq; locorum diffusa, tanquam filia Regis *Ps. 44.*
intus circumamicta est varietatibus; vt
imirū diuersi Catholicæ Ecclesiæ Ordi-
es, diuersos seruēt ritus, & Cæremonias,
ihil in substantiâ rerum differentes. Hoc
lem citrà notam in rebus humanis con-
ngit, vt aliter alii se mutuò salutent, ac
ii; & secùs Conuiuia celebrent in
uropâ, ac in Asiâ; num propterea non
mnes & comedunt, & honorant? Nam
tio ex fine agentis in Obiectum spe-

cificatur

cificatur; si ergo alius ex affectu in Deum oret stando, alius genuflectendo: hic pectus contundat, ille genas. Alter manus iungat, alter eleuet: quidam terram deosculetur, & lingat, alius humi decumbat; quem damnari temerè oporteat? Sed certè quod fit authoritate publicâ meliùs est, quàm quod priuatâ deuotione alicuius; & quod plurium, & meliorum consensu, quàm quod paucorum opinione. Cùm ergo & plures in Ecclesiâ Dei circa Missæ Sacrificium & ritus consentiant, & sæculorum consuetudine, & Pontificum, Episcoporumque authoritate, & Doctorum sententiis approbentur, approbata seruentur; quid vnus Lutherus tanquam scelus condemnans de medio sustulit, & alios abominandum edocuit? Ergone Nouatores, nos Catholicos putatis tantâ multorum hominum authoritate deceptos, vos autem ab vno Monacho excucullato non decipi? Omnes enim qui Missam non approbant, secuti sunt ipsum, primum Nouitatis Authorem, quos puduit subesse Pontifici tanquam Tyranno; Apostatam sequi non puduit; quem authoritate omnium vestrâ turgentem nec vidistis ad Normam Euangelicam viuere, nec tanquam à Deo missum se comprobare.

'andem ſi deteſtamini in Miſſa veram
hriſti Domini præſentiam tantùm, quã
os profitemur, & hoc pro Idololatria
abetis, (ſit de hoc alibi ſermo) ſolâ
onceptûs mutatione res integra ſeruari
oterat, vt magis vos pauciores Nobis
onformaremini in cultu Diuino, quã vt
os traheremur à vobis ád deſerendum
d, quod à noſtris Maioribus ſanctiſſimè
ccepimus; & adhuc ſuperſtitioſum non
'idemus. Ah, fratres, ne ſitis in nume-
o eorum, qui velut irrationabilia peco-
a, naturaliter in captionem, & pernici- *2 Petr. 2*
:m in his, quæ ignorant blaſphemantes, *12.*
n corruptione ſua peribunt.

PROPOSITIO X.

De Dominicis, & Feſtis Eccleſiæ.

ORigo Feſtorum eſt ab Origine Mundi, cum Deus poſt opera ſex dierum, *Gen. 2. 3*
benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit
llum : In lege autem ſcriptâ, præter Sab- *Exod. 12*
bathum, iuſſit & celebrari Paſcha in Men-
'e primo Anni; & poſt ſeptem hebdomadas Pentecoſten; & Feſtum Tubarum
n Menſe ſeptimo, & expiationis, & Ta- *Num. 28*
bernaculorum; & in Calendis Menſium *& 29.*
Neomenias : Quæ omnia cum eſſent fu- *Leuit. 16*
turorum figuræ, Chriſti aduentu, abroga- *& 23.*
ta ſunt, & in illorum locum ſucceſſit

Dies

Dies Dominicus, in quo post requiem Sabbati in sepulchro habitam, Christus resurrexit à mortuis; & Resurrectionis eius gaudio Novum instituit Pascha; & Spiritûs Sancti effusione Pentecosten; Mox in Ecclesia diuersæ solennitates, & festa sunt recepta & Populi deuotione, & approbatione Pontificum: Non enim minoris debet esse authoritatis Synagoga, quam Christi Ecclesia; Cum ergo habeatur, quod Dies victoriæ à Iudith de Holopherne habitæ, festiuitatis ab Hebræis in numero Sanctorum dierum accipitur; & colitur à Iudæis ex illo tempore, vsque in præsentem diem: & Salamon encænia instituit octo dierum in Dedicatione templi; sicut similiter statuit Iudas, & fratres eius, & Vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis Altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo; quid ni & in Ecclesiâ Christi eadem potestas statuendi festos dies, & solennitates? Imò potestas Ciuilis id habet, vt statuat ad nuptias, & conuiuia, & sæculares lætitias, dies; hoc denegabitur in sacrum cultum Potestati sublimiori? Profectò Spiritualis potestas sublimior est quàm terrena, sicut Mens Corpori præcellit. Hîc autem notandum est, quod est de iure naturali, & Diuino

Hebr. 4. 9. Matth. 28. Act. 2. Iudith. 16. 31. 2. Paralip. 7. 1. Machab. 4. 59. Ester. 1.

aliquam temporis partem ab ho-
e debere impendi in Dei obsequium,
ltum; æquum est enim Deo exhibe-
itæ aliquod spatium nostræ, à quo
ti, & redempti sumus, cùm pro nobis
, & terrenis negotiis tantum profun-
us ex toto, quod ab ipso Deo gratis
pimus. Et quantùm ad hoc, Præce-
n Sanctificandi festa in Decalogo re-
tur. Quod verò spectat vel ad de-
inandum certum spatium, & diem
ebdomadâ; vel præscribendum ri-
celebrandi eadem festa, in lege ve-
fuit de iure positiuo Diuino, quod E-
gelii prædicatione abrogatum, iuri
esiastico locum dedit; hinc ergo *Matth.*
nquam & Christus, & Apostoli in 26. 19.
rimitiuâ Ecclesiâ legantur festis Iu- *Io.* 5. 1.
rum adstitisse, & celebrâsse illa; & 10.22
en ab illorum traditione potiùs, *Act.* 20.
n expressâ scripturâ Sabbato succes- 16. & 13
ominica, propter quod noui Germa- 14.
Euangelici cogitauerint Sabbatiza-
Vtcunq; tamen, poterant aduertere,
d Prima Sabbati, & vna Sabbati, de *Matth.*
mentionem facit Paulus; non innu- 28. 1.
isi Diem Resurrectionis Dominicæ. 1. *Cor.*
quid congruentiùs in Ecclesia, quàm 16. 2.
nt in anni circulo dies, quibus Chri-
Iysteria præcipua Populo repræsen-
tentur

tentur? Vbi verò quidam rudiores s
lent offendi, quod aliqua festa quibusda
in locis recepta celebrentur, quæ ali
non seruantur: (Sed hoc locorum leg
tima consuetudo potest præscribere)
Fuit Anno 1582. Correctione Gregorianâ Calendariu
Romanum præueniat decem diebus
communi Iulii Cæsaris Anno Ciuili, v
de & sæpe festorum mobilium fiat var
celebritas inter Latinos, & Græcos,
eos omnes, qui Correctionem Anni Gr
gorianam non receperunt. Sed & h
Astronomiæ sapit imperitiam, quæ so
temporum diuturnitate potest ignar
confundere. Quicunq; enim ubiq; Ge
tium Astronomiam callet, nouerit, quà
Sapienti consultatione Gregorius XI
cum Primariis illius sæculi Mathemat
cis redegerit ad certam Periodum Ciu
les Annos, ne ampliùs futuris tempo
bus Mensium dies à puncto diffluere
æquinoctii, sed eodem situ manerent, q
An. D. 1700. fuerant in Nicæno Concilio. Attende
in complemento proximi sæculi vtru
insistentes Iulianæ Methodo bissextu
admittent, an Vranies consilio vte
tes; ne vndecim adhuc diebus à nob
distent, velint per singula sæcula ca
cros imitari potiùs, quàm vel Pontifici
à longè sequi.

PRO-

PROPOSITIO XI.

: *Abstinentiâ, & Ieiunijs Ecclesiæ.*

Ic verò vehementiùs exultant Noua-
tores, quam Catholici, quoniam hi
inentiis bis intra hebdomadā addicti,
niis quatuor temporum, Vigiliarum,
Quadragesimæ pressi rigidum onus
e obligentur; illi autem carnibus ad
itum benè pasti, generoso vegetiores
ritu Scripturarum libertatem osten-
t, dicentes ex Luca: Manducate, *Luc.10. 8.*
æ apponuntur vobis: ex Paulo: esca
itri, & venter escis: Deus autem & *1Cor.10*
ıc, & has destruet. Omne quod in *15.*
cello venit, manducate; & : Omne *Ib.27.*
od vobis apponitur, manducate; nam *Matth.*
Matthæo: Non quod intrat in os, co- *15. 11.*
uinat hominē; Sed quod procedit ex
, hoc coinquinat hominē: quia omne
od in os intrat, in ventrem vadit, & in
essum emittitur. Et ad Timotheum *v. 17.*
cribitur cauteriata illorum conscien-
,qui nouissimis temporibus prohibeant *1.Tim.4*
bere, abstinere à cibis, quos Deus cre-
it ad percipiendum cum gratiarum
ione: quia omnis creatura Dei
na est; & nihil reiiciendum, quod
m gratiarum actione percipitur. Et
rum de Ieiunio interrogatus Christus
Discipulis Ioannis Baptistæ: Quare nos

& Pharisæi ieiunamus frequenter, Di-
scipuli autem tui non ieiunant? Et ai
Matth. illis IESVS: Nunquid possunt filii Spon-
9. 15. si lugere, quamdiù cum illis est Sponsus?
At exultatio huiusmodi, fratres, carnalis
est; Vbiq; enim locorum, & Scriptura-
rum abstinentia, & ieiunia commendan-
tur, vt potè quibus vitia comprimuntur,
mens eleuatur, in Deum, & carni subii-
citur, & maximarum virtutum incremen-
tum obtinetur. Idcircò Christus, qui
Matth. præiuit exemplo ductus in desertum
4. Spiritu, ieiunium quadragesimale sancti-
ficauit; qui præter Agnum Paschalem
Matth. carnes comedisse non legitur, de sui
9.15. Discipulis addidit: Venient autem dies,
cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc ie-
iunabunt. Eccè ergò quod in Ecclesia
militante tempus ieiunandi venit, cùm
non sit tempus nuptiarum, quibus visibi-
liter Christus interfit: & ideò de Ieiunio
Matth. nobis tradidit documẽta, nè fieret per hy-
6. 16. pocrisim; Quod quidem ab Apostolis ha-
Act. 13. buisse initium non solùm patet ex acti-
2. & 27. bus Apostolorum, sed traditione ipsâ in
9. totâ Ecclesiâ; nam & Græci, & Armeni,
2Cor. 11 & Latini multas habent abstinentias, &
27. Ieiunia; qui attendunt Paulo scribenti:
Rom. 14 Non est enim Regnum Dei esca, & potus;
v. 17. 20. Noli propter escam destruere opus Dei;
Quid

id ergo nocet abstinentia, & ieiuni-
, quæ Sanctis Patribus veteris, & no-
Testamenti adeò profuerunt etiam
diuturnitatem præsentis vitæ; & diæ-
à Galeno, & Hyppocrate præscripta
nprobatur pro corporis incolumitate,
ab ægris seruatur; ieiunia verò ab Ec-
siâ Peccatoribus medicinaliter man-
a contemnantur? æquumnè estChri-
m pro nobis ieiunasse, pro Christo in
ertatem carnis nolle ieiunare? Quia
elicet hoc est iugum Papisticum, &
n potiùs iugum Christi? O quam spa-
sa perditionis est via? Dicant Noua-
es, vtrum scorpiones comedent, si illis
ponentur, quandò ad mensam Aposto-
um peregrinantium assidentes, citant
ud: Manducate, quæ apponuntur? O
am macra conuiuia reperiuntur ab il-
qui sine auro, & argento Apostolo-
n more peragrant mundum; Quid er-
? si quæ non placent, non manducan-
, licet apponantur, quæ prohibentur
beant manducari? Non certè coinqui-
cibus, sed inobedientia, quæ Eccle-
ticæ consuetudini vim legis habenti
ntradicit; coinquinat crapula, & in-
mperantia, quæ vitiorum fomitem in-
ndunt: ideò Epulo cruciatur in infer- *Luc.16.*
sepultus, & Christus docet fideles: *22.*

L.21.34 Attendite autem vobis, ne fortè graue-
tur corda vestra in crapula, & ebri-
etate; coinquinat scandalum ipsum,
quod in scissurâ Ecclesiæ Lutherus,
iusq; sectatores dederunt; & ideò cum
multa Paulus variis in locis discurrat de
carnibus idolo immolatis, quanquam e-
inde suadeat non esse malum carnes co-
medere, aliosq; qualescunq; cibos, tamen
ratione scandali concludit: Quapropter
1.Cor.8. si esca scandalizat fratrem meum, non
13. manducabo carnem in æternum, nè fra-
trem meum scandalizem. Quid dixisset,
si lege consuetudinis reperisset in Eccle-
siâ Christi Præceptum ieiunandi, & ab-
stinendi, per tot sæcula conseruatum,
2. Cor. qui in vigiliis, & ieiuniis multis viuebat?
11. 27. An docuisset non ieiunare, & detrectare
contumaciter tam sanctis legibus, vt po-
pulo licentia daretur edendi; & bibendi
prout sibi placuerit? qui suadebat custo-
dire præcepta Apostolorum, & Senio-
rum, vt abstinerent à sanguine, & suffo-
Act.15. cato, & fornicatione? lex enim est fræ-
24. num populi; nam fideles amore Christi
ducti, non contenti abstinentiis, & ieiu-
niis Ecclesiasticis, adiiciunt voluntariè &
plura in confusionem videlicet Nouato-
Matth. rum, contra quos viri Niniuitæ surgent
12. 41. in Iudicio cum generatione istâ, & con-
demnabunt eam. PROPO-

PROPOSITIO XII.

Sacramentali Confessione peccatorum.

PEnitentiæ Sacramentum, quod Ca-
tholica tenet Ecclesia, eoq; saltem in
vnum fideles suos iubet expiari, non
vndè à Nouatoribus criticè notatur,
quia animorum Lybitina videatur.
Cæterùm maximè scripturis cohæret:
qui post Baptismum peccant, remedi-
um habeant delendi peccata, sicut ha- *Leuit. 5.*
bebant antiquitùs expiationes. Ideò ait
Petrus Simoni Mago: Pœnitentiam age *Act. 8.*
ab hac nequitiâ tuâ. Primò enim quid
mali implicat peccatorum Confessio, quæ
declaratur facienda legitimo Sacerdoti
particulariter in numero, & specie pec-
cati? Medico declaranda est ægritudo, *Leui. 12*
quantum fieri potest; lepræ cognitio
veteris Testamenti Sacerdotibus debeba-
tur; in lege nouâ contenditur culpa de *Matth.*
manifestanda illis, quibus data est pote- *16. 19.*
stas soluendi & ligandi? nam Christus *Io. 20.*
Apostolis insufflauit, & dixit eis: Acci- *22.*
pite Spiritum Sanctum; quorum remise-
ritis peccata, remittuntur eis; & quo-
rum retinueritis, retenta sunt. Et *Matth.*
apud Matthæum: Amen dico vobis quæ-
cunq; alligaueritis super terram, erunt *18. 18.*

ligata & in Cælo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Nullum fit Iudicium, etiã ciuile sine causæ cognitione; quomodo ad salutarem animarum pœnitentiam dabitur iudiciũ sine cognitione expressâ culparum? Sancti Patres vel minimas cogitationes senioribus aperiendas docebant, vt eluderent diabolicos astus; Lutherus vero vt suos faceret peccando confidentiores, Catholicæ Confessionis rigorem relaxat; dumque asserit fieri non posse, quod omnia aperiantur peccata; negligentiam inducit in animos, vt quod possunt, non præstent. Secundò quod dolor de peccatis vel contritionis, vel attritionis, vt aiunt, cum proposito emendationis imposterum, sit necessarius in pœnitentiâ, negent impœnitentes; nam obstinatio animi in malum veniam non habet apud homines, quantò minùs apud Deum, qui millenis scripturæ locis adhortatur homines ad pœnitentiam, & conuersionem, & dolorem, & emendationem? 3tio quod homo pœnitens pro peccatis satisfacere debeat, Iustitia exigit, si peccato proximum læsit, vt restituat, quod abstulit, & damnũ illatũ rependat: Et cum Deum offenderit, doleat super omnia, offendisse, & dolorem pœniten-

Ierem. 18. *Matth.* 3. *Isa.* 55. *Ioel.* 2. *Luc.* 13. & 24. 47 *&c.*

tientiæ, humilitatis, & obedientiæ vir-
tutibus protestetur. Quantum verò spe-
ctat ad Sacerdotalem absoluendi facul-
tatem, si dicta non sufficiant, alia non de-
erunt inferiùs, quæ ipsam confirment
à Christo in Ecclesia traditam esse.
Nam Institutio Sacramentalis pœniten-
tiæ à Christo est, non à Papa; ideóq; &
Papa ipse Confessarium habet, cui sua
peccata confitetur, & se illi subiicit; &
obedit, vt tanquam homo salutem con-
sequatur. Quod verò fieri præcipiat, vi-
des Philopiste, quod peccatoribus datur
remedium ita ad salutem necessarium, vt si
quis ipsum aspernetur, vnà simul & plu-
ris despiciat Euangelicas virtutes, quibus
Diuina conciliatur misericordia; & per
arctam viam non ingrediens audire me-
reatur: Qui abscondit scelera sua non *Prou.* 28
dirigetur; qui autem confessus fuerit, & 13.
reliquerit ea, misericordiam consequetur.

PROPOSITIO XIII.

De Sacrâ Communione Annuâ

ITidem suis fidelibus S. Mater Ecclesia præcipit saltem in Paschate Resurrectionis refici Sacrâ Synaxi. Hîc ergò quid calumniantur Censores? Quod integram Domini Cœnam extra Sacrificium ipsum non præbeant? extant pro

hac

Io.6.58. hac legitimâ consuetudine Scripturæ Christus ex Ioanne ait: Et qui manduca me, & ipse viuet propter me. Si erg Eucharistiæ veritas teneatur, (ut infra dum Iesus Christus totus est sub speci qualibet panis, sicut sub vtraq; ; non mi nùs recipit totum Christum, qui sub vn specie communicat, quam sub utraque
Luc.24. 30. Accedit exemplum Christi, qui recumbens cum duobus Discipulis in Emmaus accepit panem, & benedixit, ac fregit & porrigebat illis: & ipsi cognouerun eum in fractione panis. Item in acti
Act. 2. 42. bus dicitur, quod Christi fideles erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis Panis, & Orationibus. Et alibi: Vna autem Sabbathi, cum conuenissemus ad frangendum
Act.20. 7. panem. Ex quibus authoritatibus qui morem Ecclesiæ non approbant, vel fidem minuunt, non credentes Panem Eucharisticum esse Panem viuum, qui de cœlo descendit; idest Dominum Iesum: vel non considerant difficultatem satisfaciendi populo vini potione, quod & in multis locis difficulter inuenitur, & dum porrigitur, effusionis periculũ imminet: vel tandem qui calicis desiderio tenebantur fide integrâ, aut dispensationẽ à lege poterant impetrare, aut si, nefas

putaba

ıtabant à totâ Ecclesia non vsurpari, :bebant scripturis ostendere vsum Calcis in vniuersa Ecclesia fuisse omnibus onceſſum, & non solis Apostolis, & Sa-erdotibus: Quando enim Christus di-t: Bibite ex hoc omnes: Apostolis lo- *Matth. 26. 27.* ıtus est, ideò expressè narratur quod ve-ɔere facto discumbat cum duodecim Di-ulis suis: Quid significat tam accurata nstitutionis Eucharisticæ descriptio? Et xprimens, quod accipiens Calicem gra-ias egit; statim addit: Et dedit illis, di-:ens: Bibite ex hoc omnes: Qui sunt lli homines, nisi illi duodecim, quibus il-is dedit Calicem ad bibendum? Quibus *Ib. v. 3.* & subiunxit post cœnam: Omnes vos candalum patiemini in me in istâ nocte. Et concordat Marcus dicens: Et biberunt :x illo omnes? An biberunt, qui non a- *Marc. 14. 23.* lerant? Omnes ergo biberunt, quibus lictum est: Bibite ex hoc omnes.

PROPOSITIO XIV.

De soluendis Decimis.

PRo Decimis Ecclesiasticis iuxta locorum vsum soluendis militant hæ Scripturæ; & rationes. Vnicuiq; hominum iure naturali debetur sustentatio, & suo labori merces; Cùm ergò Ecclesiastici laborent in Ecclesia Christi, debetur illis

Matth. illis merces, & ſuſtentatio iure naturæ
10. 10. quare Apoſtolis ait Dominus: Dignus eſt
operarius cibo ſuo: expreſſiùs apud Lu-
cam: In eadem autem domo manete,
*Luc.*10. edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt:
7. dignus eſt enim operarius mercede ſua:
1 *Tim.*5 Et Paulus ad Timotheum: Qui benè præ-
18. ſunt presbyteri, duplici honore digni ha-
beantur; maximè qui laborant in Verbo
*Deut.*25 & Doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non
4. alligabis os boui trituranti. Et: dignus eſt
Operarius mercede ſuâ. Et hoc ſuadens
Corynthiis, quanquam ab ipſis victum
non acciperet, vt omnem tolleret occa-
1.*Cor.*9. ſionem murmuris, dicebat: Numquid
9. non habemus poteſtatem manducandi, &
bibendi? aut ego ſolus, & Barnabas non
habemus poteſtatem hoc operandi? Quis
militat ſuis ſtipendiis unquam? Quis
plantat vineam, & de fructu eius non e-
dit? Quis paſcit gregem, & de lacte gre-
gis non manducat? Numquid ſecundum
hominem hæc dico? An & lex hæc non
*Act.*15. dicit? Sed Dices: Si lex vetus per Chri-
18. ſtum, & Apoſtolos eſt abrogata, quid ci-
tat hic Paulus legem? Nam in lege Moy-
ſi patet, quod & Oblationes, & Primitiæ,
& Decimæ Leuitis dabantur ab Iſraele.
Reſpondeo; quod lex vetus eſt abrogata
quantum ad Cæremonialia, vt ea ſeruà-

re

e sit noxium, quia sunt futuri figuræ; Quantũ autem ad Iudicialia, est quidẽ abrogata; sed sine noxa obseruari potest, & si huic accedat Authoritas alicui9, qui possit legem condere, tunc ratione præcepti debet obseruari, vt lex Iudicialis dicebat: si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Hoc licet in lege gratiæ non teneat, tamen sine culpa seruari potest, & hoc quibusdam in locis humana lege confirmatum est. Tandem quantum ad Moralia, non solum potest, sed etiam debet seruari. Porrò Lex Decimarum, Primitiarum, & Oblationum, si quod habet Cæremoniale, cessat penitùs; Cùm autem multum spectet ad Iudiciale præceptum, Authoritate Ecclesiæ potuit confirmari, nè populus Christianus minoris esset Conditionis, quam Israeliticus; cui dictum est: non apparebis in conspectu meo vacuus; Neq; minoris dignitatis essent Sacerdotes veteris legis, quam nostrates. Et quantum ad hoc lex Decimarum, est iuris Ecclesiastici, vt determinetur quota, & qualiter fiat iuxta locorũ, & Ministrorum exigentiam. Quantum verò ad hoc, quod debent sustentari aliquo modo Ministri Ecclesiæ, est ius naturæ, quod suadet Apostolus; & ideò sequitur

Exod. 22
Leuit. 2.
Exod. 23 15.
Hebr. 7.

1b. Cor. quitur allegans ſcripturam: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura eſt Deo (ſicut de hominibus?) An propter nos vtiq; hoc dicit? --- Si nos vobis Spiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? ſi alii poteſtatis veſtræ participes ſunt; quarè non potiùs nos? (nota quomodò infert poteſtatem Eccleſiaſticam ſuperiorem ſæculi Poteſtatibus) Quare non potiùs nos?
Deut.16 Neſcitis quoniam, qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt, edunt: & qui Altari deſeruiunt, cum Altari participant? Ita & Dominus ordinauit iis, qui
Rom.15 Euangelium annuntiant, de Euangelio
26. viuere. Præterea conſtat pluriès Paulum, & Apoſtolos Collectiones, & Collectas
1Cor.16 pecuniarum ordinâſſe in vſum Eccleſiæ, & Pauperum? Quid ergò condemnari queat Eccleſiæ Catholicæ conſuetudo, ad honeſtam Cleri ſuſtentationem? Reli-
1 Tim.6 quùm enim & paucis contentos Miniſtros
7. Chriſti vult eſſe, & in Pauperes erogari, quod de Chriſti Patrimonio ſupereſt, enixè commendat; & omnem Simoniæ labem abominatur.

PROPOSITIO XV.

De Cælibatu Eccleſiaſticorum.

HIc verò pro ſe ſcripturas adducant Zelo-

elotypi reformandæ Ecclesiæ Statores,
k dum ad Nuptias vocant, quotquot de-
ciunt ex Catholicæ Ecclesiæ Clero, &
Ionachatu, cum Luthero, Caluino, Zu-
nglio, Carolstadio, & aliis Apostatis;
uadere conantur Romanæ Babyloniæ
Tyrannidem ad id temporis deuenisse,
n quo prohibeatur nubere iuxta Aposto- *1. Tim.*
icum Vaticinium; Cum cæteroquin *4. 3.*
criptum sit, Episcopum debere esse uni- *1. Tim.*
us vxoris virum; & Presbyteros per Ci- *3 2*
uitates constituendos; si quis sine crimi- *1. Tit. 1.*
ne est, vnius vxoris vir, filios habens fide- *6.*
es: Ita Diaconos debere esse vnius vxo- *1. Tim. 3*
ris viros; qui filiis suis benè præsint, & *12.*
suis domibus; Propter fornicationem au- *1. Cor. 7.*
tem (vitandam) vnusquisq; suam vxo- *2.*
rem habeat. Meliùs est enim nubere quã
vri. Et detestanda est illa Babylon ma-
gna mater fornicationum, & abominati-
onum terræ super septem Romæ colles *Apoc. 17*
ex altata. Audin' Philopiste Nouatores? *Matth.*
Ecce quam lata porta, & spatiosa via *7. 13.*
est, quæ ducit ad perditionem! Vtq;
essent multi, qui per eam intrarent, dia-
bolus Hæresum author carnis voluptati-
bus plurimùm allicit. Protestor ego mi-
serrimus coram Deo, & hominibus, quod
quotiescunq; contra Catholicam fidem
grauissimis impetitus sum tentationibus,

quæ per plures annos interiùs, exteriùsq́
me vexauerunt, illarum omnium finem
considerans, quòd tenderent ad votorum
solutionem, ad carnalis vitæ libertatem,
ad huiuscè sæculi fallaces illecebras, o-
1. Petr. 5. 9. mnes Diuinâ gratiâ procellas elusi, resi-
stendo fortis in fide. Si enim in Euan-
gelii Spirituali libertate bonum est homi-
ni mulierem non tangere; si per consi-
1. Cor. 7. lium dicitur: Solutus es ab vxore, noli
quærere vxorem? Quid condemnor, si
pro Christo, ætate iam matura, & sui
compote, vxorem relinquo; & voto ca-
stitatis perpetuæ me illi deuinco, quem
Apoc. 14. virgines sequuntur in Cælum? Et si hoc
adeò laudabile fuit in Ecclesia Christi
Iudith. 16. (imò & in Synagoga) vt innumeris
exémplis floruerit; quare non potuit le-
gem statuere Ecclesia Latina, quam con-
suetudine ipsâ iam reperit introductam,
vt qui velint esse in Sacris Ordinibus, non
ducant vxores, sicut & Monachi? Non-
nè Principes pro vsu bellorum, itine-
rum, aulæ, & similium munerum, in
proprium seruitium distrahunt ab vxori-
bus ducendis quàm plurimos homines?
alios vel vxoribus priuant; vel etiam
potestate gignendi, solummodò vt Musi-
cam exerceant; vt seruiant tutiùs Eunu-
chi in Gynecæis? Imò & Patres filias
coer-

ercent, quia idoneum non reperiunt
onſum, aut dotare non poſſunt; & alij
opter rem domeſticam conſeruandam,
ores non ducunt; & qui in agone con- 1.Cor.9
ndit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi 25.
idem, vt corruptibilem coronam acci-
ant, nos autem incorruptam? Quid
itur inſaniæ fuit in Eccleſiæ præten-
m reformationem tam Sanctam legem
ſtruere verbo, & exemplo? Quia vide-
et Sacerdotes erant fornicarii, & con-
binarii. Sed neſciunt contra hos ri-
rem Eccleſiaſticæ diſciplinæ? Non
rmittuntur ſine mulcta eſſe, qui trans-
eſſores ſunt legum; Sed numquid non
iq; locorum ſunt legũ transgreſſiones,
delicta? An propterea fides deſeren-
a, quod eſt omnium delictorum grauiſ-
mum? Poſſunt quippè pluribus annis ex-
riri, an continere ſe valeant qui in Cleri
lbum nomen ſuum velint referre; vt ſi
on ſe continent, nubant; ſi autem Ec-
eſiæ beneficio frui volunt, quare non ſic
ul & onus ſubeunt caſtitatis? Nonnè
ident Hæretici, quod lex cælibatûs Ec-
leſiaſticos ipſos premit, non à quibus
utant latam; & non eſt jugum ſæcula-
ibus impoſitum? Et quomodò introdu-
iſſent rem adeò difficilem, & naturæ
uperiorem, niſi conſuetudinis hæreditate
acce-

Gen. 8. 21. acceptam à nostris maioribus non inu-
nissent? Natura enim prona est ad m-
lum, vt cum tantum pondus ferre n-
Ps. 2.3. possent illi primi Nouatores ex Clerc
adiuenerunt modum dirumpendi vinc-
la eorum, & abijciendi à se jugum Chri-
sti. Et si vt vacent orationi, laudabilit
1. Cor. 7 5. abstinent coniuges; Clerici ad Diu-
num cultum diù noctuq; per Canonic
horas destinati, debent vxores ducer
vt filiorum curis distrahantur? dicit
verò: Nemo militans Deo, implicat
2. Tim. 2. 1. negotijs sæcularibus; vt ei placeat cui
probauit. Hoc bonum certè Ecclesiæ
quæ carnaliter propaganda, infra pauc
annos adeò cresceret numero, vt poss
sectarios omnes debellare. Væ nobi
& vobis, Hæretici, si nuberet Clerus
Tunc enim Roma, non Sacris scriptu-
rarum, & legum monumentis Spiritu
lem Monarchiam suam promoueret; se
ingenio ualidior, armis potentior, pro
facta fæcundior, occupatione carnalior
carne vegetior; nescia carne quomod
filios sustentaret, faceret, quod vos fa-
letis: ut cùm non destinatis Ecclesiæ ca-
libes, mittitis ad bellum trucidandos
Sed nè sæculares Principes quidem ho
approbarent, nec vxorati vlli, quibus spe
est, vt filiis suis de bonis Ecclesiæ proui-
deant

ant. Hinc verò mirum est cur Mona-
s, & Clericos adeò execrentur, quibus
antum jugum subductis compati ma-
nè deberent. Nonnè omnes Coniuga-
um sunt filij vestri? Nonnè spurios ex
ro, si qui fragilitate humanâ enascun-
Ecclesiastici ejurant, vt legitimi ve-
sibi succedant? Quid ergò lamenta-
ni? Quid nouam illis legem offertis?
ic scilicet meliùs Deo seruiant? An 1. Cor. 7. 32.
citis, quod qui sine vxore est, solicitus
quæ Domini sunt, quomodo placeat
o? Qui autem cum vxore est, solici-
est, quæ sunt mundi, quomodo place-
xori, & diuisus est? An nescitis, quod Matth. 6. 24.
no potest duobus Dominis seruire? si
res Ecclesiæ Catholicæ Sacerdotes
emus modo, quod mali sint, cum tot
m fræno coerceantur, quid facerent
ti, & diuisi? Num defectores in me-
euaserunt, quod vxores acceperint?
ulationem tamen carnis habebunt 1 Cor. 7. 28.
ismodi. Sed hoc verè mirum, quod
atinâ Ecclesiâ vaticinatur Isaias, di- Is. 54. 1.
s: Lætare sterilis, quæ non paris;
mpe, & clama, quæ non parturis:
multi filij desertæ, magis, quàm eius, Gal. 4. 27.
habet virum. Ad supra obiecta er-
respondeo, quod in Ecclesiâ nuptiæ
sunt prohibitæ liberis, sed ijs qui o-

 bligati

bligati sunt ex voto, & iuramento: In
secundum leges Ciuiles non potest duc
re vxorem, qui sub alterius est potesta
sine consensu domini; quantò magis h
seruare debent, qui suâ sponte sese D
addixerunt per votum? Ad 2. Primitùs
Ecclesiâ assumebantur ad Ordines eti
vxorati dummodò excellerent fide;
men hoc semper cautum est, ne biga
essent, sed vnius vxoris viri: Inde
tem factum est, vt tamẽ pro Domino
cantes liberiùs spiritui, nihil de vx
essent soliciti. Vnde Sancti Patres Gr
ci, & Latini leguntur vixisse in cælib
perpetuo; puta; Basilius, Gregorij, At
nasius, Chrysostomus, Damascenus, A
gustinus, Ambrosius, &c. qui & de castit
multa scripserunt. Ad 3. Meliùs est
bere, quam vri, illis qui habent liber
tem sui corporis: Nam si coniuges am
ùs potestatem sui corporis non habe
ex quo matrimonio sunt iuncti, quare
testatem debent habere sui cor
ris illi, qui suâ voluntate sese Deo
uouerunt? Ad 4 fornicarij, qui non
Matth. sunt continere, ieiunent, & orent; r
17. 11. hoc genus dæmoniorum faciliùs ieiu
& oratione propellitur, quàm sacril
1. Petr. nuptijs: Quod autem Roma Babylo
5. 13. S. Petro appellatur, ratio temporis
atte

attendenda, ni quo hæc scripsit: quâ etiam non obstante, inquit, ibi esse Ecclesiam coelectam: Apocalypsis verò cap. 17. verificata est, vt magna Ciuitas Roma, quæ habebat regnum temporale super Reges terræ, ebria Martyrum sanguine, dum fuit mater fornicationum, & abominationum terræ, idololatriis intenta, iam non est ampliùs: Et quæ erat Magistra superstitionum, à verbo Dei per Apostolos Petrum, & Paulum paulatim subacta, facta est Magistra veritatis; propter quod Cælum, & Apostoli exultant, vt cap. 18. describitur; & Christus fidelis, & verax in suis promissis Petro præhabitis ex Vrbe Româ pugnauit aduersùs bestiam; & electi congregati ad magnam Dei cænam comederunt in triumpho eius omnes carnes regum, & fortium; vt narratur cap. 19. Quid est hoc, nisi quia Roma, quæ prius temporaliter per arma totum mundum triumphabat, inde per verbum Dei triumphare debebat? Et hoc additur sequenti cap. 20. quod diabolus ligabitur per mille annos in abysso, vt non seducat ampliùs gentes, donec consummentur mille anni; & post hæc oportet illum solvi modico tempore: si computentur mille anni, in quibus dicitur, quod Sacerdotes Dei, & Christi re-

gnabunt, inuenientur ad Lutheri tempus hoc ſpectare, in quo ſolutus eſt Sathanas. &c. Verum Prophetiarum obſcuritas humanâ interpretatione veritatem nobis non poteſt oſtendere; & ideò in diuerſa trahitur donec perfectè adimpleatur. Sed
1.Cor.9.5. inſtabis ex Apoſtolo: Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? ſed lege quod ſcribit Sororem, non coniugem: & hoc ipſum ſcribit, vt ſuadeat, quod mulier ad
1 Tim.5 Clerici ſeruitium deſtinata, honeſtè viuens, debet ſuſtentari de collectis, ſeu decimis Eccleſiæ: Inſtruens verò Thimoteum, ut adoleſcentiores viduas deuitet, quales eſſe oporteat; quæ miniſtrare in Clero poſſit; docet, inquiens: Vidua eligatur, non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens &c.

PROPOSITIO XVI.

Miræ hominum conuerſiones ad fidem Catholicam, eius veritatem roborant.

QVomodo autem ad tam arduam, & rigidam vitæ Catholicæ Profeſſionem tot populi deuenerint, valdè mirandum eſt; Nam quod in operibus carnis hominum Myriades ad ſectas declinent,

in

in promptu causa est. Placet voluptas edendi, bibendi, luxuriandi; placet non subesse legibus orandi, abstinendi, ieiunandi, &c. Sed quod Apostoli vnâ Christi voce interpellati relinquat omnia; *Matth. 19. 27.*
Quod Paulus de persecutore fiat Apostolus, eâ scilicet ostensione, vt pro præmio suorum laborum præmoneatur, quanta pro Christi nomine eum oporteat pati, quasi malè operantem. *Act. 9.*
Quod Petrus Piscator ad primam concionem conuerterit hominum circiter tria millia; ad alteram numero virorum quinque millia; itemq; Apostoli omnes; rudes, & sine literis, contemptibiles mundo, prædicantes Christum Crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, sapientes mundi, & populos, & Reges illexerint ad Crucis amplexum, ad pœnitentiam, non delicijs, non opibus, non illecebris: profectò nisi Deus internâ gratiæ motione mirabiliter cooperatus fuisset, vt confirmaret vocatos, hæc omninò fieri non poterant. Quod enim post Apostolos Mahometes voluptatū classicum ciens inter populos ignauissimos congregauerit suam sectā, & armis ipsos adegerit ad Alcorani obsequium, quid mirum? Sed quod Discipuli Domini docentes Ethnicos carnales abstinere ab omni immunditiâ, & *Act. 2. 41.* *Ac. 4. 4* *1. Cor. 7.*

vnâ esse contentos vxore, alios rigidiùs castitatem profiteri pro Christo, mund Philosophos, Græcos, Latinos, ex omn populo, & linguâ lucrati fuerint; hoc verè mirum. Suggere per omnia Ecclesiæ tempora; quos in Ægypto Marcus, quos Antonius Milites Christi instruxerit; quos in Græciâ Basilius, in Italiâ Benedictus, in Africâ Augustinus mirabiliter ad Deum conuersus, ad Apostolicæ vitæ normam socios attraxerint. Et quam firmiter in maximis Imperatorum, Regum, & Principum persecutionibus, quas passa est Ecclesia, proprio sanguine innumeri Martyres fidei veritatem confirmauerint, omni sexu, omni ætate, omni conditione viri, & mulieres; Et quam strenuè adhuc pro Catholicâ fide decertent, non aliis armis, quam orationibus, & vigilijs; non aliis machinis, quam sacris studiis, & concionibus; non aliis delicijs, quam ieiunijs, & paupertate voluntariâ, abstinentiâ, & castitate perpetuâ; cilicijs, & humili obedientiâ. An ista Deo non placeant, quæ Deum habent Authorem? Quid mirum si Lutherus Hymenæi face præcedens auocauerit plures ex Clero? sed mirum profectò quod Carolus Quintus pro claustro Imperium ipsum respuerit. Quid mirum si Henricus Octavus Pontifici

ci infensus propter Annæ Bolenæ nu-
is, quam deperibat, hæresim in Angli-
inuexerit? Sed mirum profectò,
od recens Iacobus septimus Angliæ Rex
Catholicæ fidei confessione nullum
ni, vitæq; propriæ periculum subire
midauerit. Sic & pro fide Telericus An. 777
x Bulgarorum, regnum ipsum deseruit,
fieret Christianus: Sic & Gulielmus
ux Aquitaniæ principatum in humilem
enitentis statum ad Pontificis pedes
ostratus commutauit. Sic & Franci-
is Borgias Candiæ Dux, & Alphonsus
tensis Dux Mutinæ, vt alios antiquio-
s præteream, aulæ, & opum delicias
o hac fide contempserunt, vt arcto calle
ruenirent ad regna cælestia, Hæretici
rò, & omnes fide languentes potiùs ter-
narum rerum sponsione ducti mutantur;
iam tribulatione ipsâ, & sancto viuendi
gore testimonium veritati perhibeant.
um itaq; lex, & consilia Christi, & Ec-
esiæ Catholicæ tantam vim habeant, vt
nimas à vanitatibus, & concupiscentijs
rrenis ad Deum vivum convertant, &
fectu ipso iugiter hoc ipsum præstent,
uod nullibi locorum extra Ecclesiam
atholicam obserues, dicendum est, quod
eligio, & fides, quàm elegi, ex hoc eti-
m capite omnium sit verissima, &
ptima. PRO-

PROPOSITIO XVII.

Prophetia, & Spirituum discretio fid Catholicæ veritatem asseuerant.

PRæterea futura, absentia, & mentiu
arcana manifestare solius est De
Is.41.23 quare Isaias dicit : Annunciate, quæ ve
tura sunt in futurum, & sciemus, qu
3Reg.8. Dij estis vos: Et Salomon Deũ alloquitu
39. quia tu nosti solus cor omnium filioru
hominum. Sed in solâ Catholicâ Eccl
siâ reperitur eiusmodi Spiritus Diuinus
quo futura, absentia, & secreta cordiu
annunciantur : ergo fides illius, & religi
est vnicè vera, & Diuina. Minor prob
tur. Totum vetus Testamentum de Chr
sto venturo diuersimodè vaticinatur
Io.5.39. vnde dicebat Iudæis: scrutamini scri
pturas, quia vos putatis in ipsis vitam æ
ternam habere: (attende obiter fuiss
Iudæorum opinionem, sicut nunc Hære
ticorum, ex solis scripturis vitam æter
Rom.4. nam habere, cum illæ sint tantùm Instru
9. mentum viuentis Ecclesiæ.) Et illæ sunt
Gal.3. quæ testimonium perhibent de me.
Abrahamo Diuina facta est promissio,
Gen.22. quod in semine ejus benedicendæ erant
Gen.49 omnes Gentes terræ: Iacob præuidit
Christum venturum cum Reges Iudæ
Io.3.14. essent defecturi. Moyses serpente æneo
super

per Tau exaltato eius salutiferam cru- *Matth.*
cifixionem expressit; Micheas in Bethleem 2. 6.
Dominum nasciturum prænunciat; Isaias, *Id.* 11. 10
& Malachias Ioannem Christi Præcurso- *Id.* 2. 26.
rem describunt. Ieremias Innocentium *Id.* 13. 34
stragem vaticinatur. Oseas Christi fu- *Act.* 4.
gam in Ægyptum. Dauid præuidit Ma- 25.
gorum adorationem; prædicationem e- *Act.* 13.
ius parabolicam; asseruit ipsius Diuinita- *Matth.*
tem, Passionem, Crucifixionem, Resurre- 22. 44.
ctionem, Ascensionem in cælos: Aposto- *Rom* 10
lorum prædicationem; & plurima eius- *Eph.* 4. 8.
modi in psalmis. Isaias miracula Christi *Matth.*
prædicit; Mortis eius genus, & finē, & fru- 11. 5.
ctū & sic passim ex Prophetis adeo clarè de- *Act.* 8. 27
scribitur Christus, vt inexcusabiles sint, qui *Matth.*
eum non receperunt. Hoc ipsum & Sy- 9. 1. &
billæ fecerunt, quarum testimonijs vten- 12. 25.
tes Apostoli, faciliùs ad Christi fidem i-
dololatras perduxerunt; Pauca ipsarum
fragmenta extant apud Hesiodum. Eodē
modo Iesus Christus ostensurus quod e-
rat, alienas cordium cogitationes plurièś
manifestabat; & ante quàm fierent, præ-
dixit omnia, quæ erant ventura, de se; di- *Luc.* 5. 22
cens: Ecce ascendimus Ierosolymam, & & 9. 47.
consummabuntur omnia, quæ scripta sunt *Luc.* 18.
per Prophetas de filio hominis: tradetur 31.
enim gentibus, & illudetur, & flagellabi-
tur, & conspuetur; & postquàm flagel-

lauerint

Matth. lauerint occident eum, & tertiâ die re-
26. 25. ſurget. De Iudâ Iſcariote, quod eſſet eum
v. 35 proditurus; De Petro, quod ter ipſum ne-
Marc. gaſſet; in nocte; De omnibus, quod pro-
13. 43. pter ipſum perſecutionem paterentur.
Luc. 19 Item prædixit Ieruſalem deſtructionem,
42. reprobationem Iudæorum, Petri Apoſtoli
Matth. mortem; Eccleſiæ ſuæ firmitatem; Pauli
21. 42. labores, & alia multa quæ cum ad amuſ-
*Io.*21.18 ſim completa cognoſcamus, & quæ præ-
Matth. dixit de iudicio finali, de reſurrectione
18. 18. mortuorum, de pœnâ, & præmio futuræ
Act. 9. vitæ, & ſimilibus, complenda eſſe, dubi-
16. tare non poſſumus. Ex altero alterum in-
Matth. ferre licet, vt qui adeò verax fuit in præ-
*Iud.*1.17 ſentem diem, & veraciter ventura annun-
2 *Petr.*3. tiauerit. Eundem in Eccleſiâ Catholicâ
2. ſpiritum à Deo habuerunt Apoſtoli, &
1. *Thes.* Diſcipuli Domini, & adhuc perſeuerat.
3. 3. Paulus ſuas tribulationes prædicebat
*Act.*27. Theſſalonicenſibus. Nautis ingruentem
11. procellam: Agabus ſignificabat per ſpi-
*Act.*11. ritum famem magnam futuram in vni-
28. uerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub
*Act.*21. Claudio; Et idem aliâ vice tulit zonam
11. Pauli, & alligans ſibi pedes & manus o-
minatus eſt ſic alligandum Paulum in Ie-
ruſalem à Iudæis, quod prorſùs euenit.
Ioannes verò in Apocalypſi totius Eccle-
ſiæ ſtatum deſcribit, uſq; ad mundi con-
ſummatio-

...summationem. Antonius magnus Arij ...sionem ante duos annos præuidit, ut ...atur Athanasius; S. Benedictus Totilæ ...rtem in decimo sui Regni anno fore ...n præuijs euentibus patefecit, vt scri... Gregorius magnus; Et ex recentiori...s videas quanta præuiderit, prædixerit, penetrauerit remota, & arcana, S. Bri...ta, S. Philippus Nerius, S. Franciscus Xa...rius, S. Rosa Limana, & alij quos Ca...olica proponit Ecclesia venerandos. ...therus verò, & omnes eius notæ dece...ores, cum prædicerent Papæ, Cardina...um, Episcoporum, & totius Ecclesiæ ...omanæ exitium ex suâ prædicatione, ... scriptis futurum, qualiter se fuisse Pseu...oprophetas agnoscant, qui temporum ...iuturnitate mendacij redarguuntur.

PROPOSITIO XVIII.

...hristiana Sapientia veritatem fidei Catholicæ ostendit.

...Tem electæ fidei veritatem demon...strat sapientia ipsa, quâ Christus Do...minus, eiusq; fideles, in Ecclesiâ per omne ...empus resplendent. Vt de innumeris ...cclesiæ Sanctæ filijs mundus mirari pos...t, non secus, atq; Iudæi de Christo, di...entes: Quomodo hic literas scit, cum ...on didicerit? Eodem modo videntes Pe... Io.7.15.
...ri constantiam, & Ioannis (in concio-nando

nando, & testificando veritatem) c
perto, quod homines essent sine lite
& idiotæ, admirabantur, & cogno
Act. 4. bant eos, quoniam cum Iesu fuerant.
13. sus autem annorum duodecim in me
Doctorum æterni sui Patris sapienti
Luc. 2. manifestauit, dum stupebant omnes,
47. eum audiebant, super prudentiâ, &
sponsis eius; & interpretantem Isaiæ
ticinium de se; Mirabantur in ver
gratiam; quæ procedebat de ore ipsiu
& dicebant: Nonne hic est filius Iosep
Luc. 4. sed ex doctrinâ ipsâ nouisse poterant fi
18. Dei, cum asseruit mirantibus dicen
Io. 7. 17. mea doctrina, non est mea, sed eius, c
misit me. Eius ergo doctrina tantæ v
tutis & efficaciæ est, ut ignaros diuinit
instruxerit ad conuincendos sæculi sap
entes sine alio studio, quàm orationis,
fidei; imò in instanti per spiritus infu
onem erudijt; vt de persecutore Pauli
factus sit Doctor gentium; & disputan
Act. 6. tes cum Stephano non possent resister
10. sapientiæ, & spiritui, quo loquebatur. I
hoc maximè est attendendum, quod cu
adeò difficilia creditu proponerent Apo
stoli, eiusq; successores, Græciæ, & La
tij viris sapientissimis, & primariis Phi
losophiæ Professoribus; nihilominus d
illis trophæa retulerint, & Christo ad
iunxe-

erint. Quid memorem Catharinæ Vir-
i, & Martyris gloriosum cum Philoso-
certamen, & palmam ? Quid prodi-
im Dionisij Areopagitæ, & Iustini Pla-
ci conuersionem ? Sed ut me citiùs ex-
am; Sanctorum Patrum Bibliothecã
edere, & perpende pedetentim in sin-
s Ecclesiæ sæculis Doctores, & Magi-
veritatis, Clementem, Hierothæum,
ophilum, Irenæum, Cyprianum, Atha-
im, Hilarium, Ephrem, Basilium, Gre-
os, Cyrillos, Ambrosium, Chrysosto-
n, Hieronymum, Augustinum, Fulgen-
n, Anselmum, Albertum magnum, Bo-
enturam, Thomam Aquinatem, Io-
em Duns Scotum, & mille alios, quos
gum esset referre; quorum opera tan-
sapientiæ radijs referta videbis, vt ni-
d ipsorum lucem Catholicæ fidei veri-
em attrectaueris, amentiâ labores.
s enim ingenij perspicacitate se præfe-
ijs, vt plus illis sapere velit, qui Ca-
licam fidem amplexati, eam, quam
fitebantur, & dictis tuebantur,
factis? Putabam aliquando vehe-
nti rationum molimine hæreticos
idem inuehi; sed cum semel mihi li-
t illorum volumina atterere, demirari
n cesso, quàm debilibus innixi fulcris
uersalis Ecclesiæ consortia detestati,

Babe-

Babelis turrim exædificare præsump-
rint. Lutheri operâ dicterijs, contradi-
onibus, scurrilitate, fastu, strepitu, fin-
verbisq; scatent obscænis. Melantho-
libri perplexitate pleni; Caluini scri-
vt grammatizent, blasphemant. Om-
impia, sacrilega, in odium hominum,
Diuinorum. Quid reperias in ipsis ta-
quod in simplici Thomæ Kempensis o-
sculo inuenies? Quid, vt compungaris
pœnitentiam, & huius mundi contemp-
vt in Sancti Bernardi Lectione? Quid
in Deum eleues mentem, sicut ex ope-
bus Blosij; & Dionisij Cartusiani cont-
git? Quid, vt accendaris suauiter amo-
Christi, vt ex libris Francisci Salesij eue-
passim? Quid, vt erumpant fletus deuo-
onis, sicut prouocant feruidæ Cathari-
Senensis Epistolæ? Quid, vt altissimæ co-
templationis apicem vestiges, sicuti T-
ressiæ Virginis scripta demonstrant?
quid adhuc dicam? deficiet enim me te-
pus enarrantem de traditâ Magdalenæ
Pazzis sapientiâ, de Gertrudis diuinis in-
tutionibus, alijsq; in humilitate fidei di-
nitùs eruditis, quorum, quarumue scri-
si delecteris legere, paulatim senties qu-
suauiter ab operibus carnis ad Dei viu-
tis mancipatum trahêris, vtiliùs, & de-
ctabiliùs profectò, quam praua interdic-

ru-

rum voluminum lectio ſoleat incautos ad
præſentis vitæ relaxationem, & ſenſuum
concupiſcentias peruertere.

PROPOSITIO XIX.

Miracula Eccleſiæ Dei veritatem demonſtrant.

SEd quod maximè Diuinæ fidei verita-
tem in Eccleſiâ promouet, & promouit
ſemper fuit miraculorum prodigioſa o-
peratio; Cum enim fides ſit cognitio ſu-
perans humanæ mentis naturalem intui-
tum, per opera naturam excedentia Deus
illam manifeſtauit, vt tutò reciperetur.
Idcircò Moyſes diuinis portentis & ante- *Exod.7.*
acta à mundi conſtitutione confirmavit, 8.
& agenda perſuaſit Iſraelitico populo, &
prænunciavit futura. Eodem modo Chri- *Matth.*
ſtus, vt manifeſtaret quis eſſet, cæcis vi- 11. 5.
ſum, claudis greſſum, ſurdis auditum, mu- *Marc.*
tis loquelam, aliiſq; languentibus integrã 1. 27.
reddidit ſanitatem; Dæmoniacos libe- *Luc.* 8.
rauit, mortuos ſuſcitauit, tempeſtates ſe- 25.
davit; aquam commutavit in vinum; pau- *Io.* 2. 1.
cis panibus millena hominum ſatiauit,
& talia, tantaq; miracula fecit, vt invi- *Id.* 6.9.
da Phariſæorum conciliabula diceret. *Matth.*
Quid facimus, quia hic homo multa ſigna 27.
facit; ſi dimittimus eum ſic, omnes cre- *Io.*11.47
dent

dent in eum. Sed ad salutem rectiùs concludebat Nicodemus dicens: Rabbi,
Io. 3. 2. scimus, quia à Deo venisti Magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Eâdem miraculorum gratiâ propagauerunt Eccle-
Act. 2. siam Apostoli; & dono linguarum à Spiritu Sancto illustrati per diuersas mundi partes diuisi concorditer pro Christo omne subierunt incommodum. Quot ægrotos sanauerint, quot mortuos suscitauerint, quot energumenos vindicauerint quis possit referre? Si Iconij multo tempore demorati sunt fiducialiter agentes in
Act. 14. 3. Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum; quid alibi fecerint, vbi diutiùs morabantur? Quid dicam verò de illo Gregorio qui miraculorum magnitudine, & numero Thaumaturgi nomen est adeptus? Sed vt vela traham ad nostrorum temporũ littus, quid de Sanctis Francisco Assisiate, & de Paulâ, & Patriarchâ S. Dominico, qui in Romæ ipsius concursu Napolioni vitam restituit? extant vbiq; locorum in Christiano Orbe miraculorum monimenta; & adhuc in dies in Sanctorum numerum neminem recenset Ecclesia, nisi portentis divinis ritè probatis. Ea verò potestas exorcisandi op-

ſos à diabolis, paſſim cum fructu ob-
orum exercetur; ſed quoniam incre-
os nec viſa miracula mouent, quan-
ninùs relata? plures ut credant, aiunt:
umus à te ſignum videre: ſed num- *Matth.*
d viderunt ſignum à Luthero, aut *12. 36.*
uino, aut ab alio quocunq; nouatore,
d illi crediderunt? væ vobis ne Chri-
dicat; generatio mala, & adultera
um quærit, & ſignum non dabitur ei,
ſignum Ionæ Prophetæ. Vt videant
rum in ſucceſſoribus eius tanquàm
am fluctibus quidem obrutum, ſed
nquàm in tempeſtate perire.

CONCLVSIO

itur, ſi hanc fidem Catholicam mira-
ula ſupernaturalem demonſtrant; (p.
) ſapientia diuinitùs infuſa diuinam
ndit; (p. 16.) Propheticum Dei fla-
n veriſſimam indicat; (p. 17.) Mira-
es in Deum conuerſiones tutiſſimam
uerant; (p. 16) Studium caſtitatis
iſſimam; (p. 15.) Quid me ſeperabit
ipſâ? tribulatio, an anguſtia, an peri- *Rom. 8.*
um, dum pro ipſâ & mori ſit glorio- *35.*
n? Ah Philopiſte cariſſime, Eccleſiaſti-
legis jura ſi temporale quid exigunt, an
nporalis poteſtas abſtinet à tributis?

vltrò temporalia concede, qui spiri
1Tim. 6 ambulas; (p. 14.) Nihil enim intulim
7. in hunc mundum, haud dubium, quo
nec auferre quid possumus. Ita liberiùs
& sæpius, quàm præceptum sit, sacrâ sy
naxi refici poteris; nam adhærere Deo
Ps. 72. bonum est: (p. 13.) si sæpius Sacramen
28. tali confessione expiatus criminum sorde
euitare curabis; (p. 12.) Quid ultra
pro meâ fide crebrò abstinentijs, ieiunij
mortificationibus meâ sponte, & in Eccle
siæ morem discrucior? (p. 11.) Rides
conuiua liber? ego pro te ingemiscam
quoniam noui, quod; qui ducunt in bo
Iob. 21. nis (huius sæculi) dies suos, & in pun
13. cto ad inferna descendunt. Redargui
me otij, plurium festorum seruatorem
(p. 10.) ego autem nec ipsis solis con
tentus, dies omnes solenniter Deo feria
ri desidero: quid dulciùs, quàm Deo
vacare? otium est? sed à Christo i
Luc. 10. Magdalenâ commendatum. Si laboran
38. oporteat, sit labor Marthæ; aut pro Chri
sto, aut propter Christum. Quia nemo
2Tim. 2 militans Deo implicat se negotijs sæcu
4. laribus, ut ei placeat, cui se probauit.
Odisti me sacris assistere, imò & Missas
celebrare? (p. 9.) Ego autem te non
interesse doleo, quia quod nescis con
demnas. O utinam sinas redigi in orbi

tam

cclesiæ Sanctæ legibus, (p. 8.) Di-
Euangelij institutionibus, & consi-
(p. 7.) Perfectissimis Christi Domini
nentis: (p. 6.) Tunc verè lumen
gustu reciperes; tunc verè fidei ve-
m intelligeres; Tunc Ecclesiæ Ro-
primatum agnosceres; (p. 5.)
Iesu Christi vnam dilectam inspi- Cant. 6.
(p. 4.) Obsecro te, Philopiste, 8.
onsule, non temerè, sed considera-
maturâ. Ego ab adolescentiâ meâ
tatus sum in lege Domini, & fidei
æ Mysterijs; & conscientiæ securita-
udens, mentis claritate securus,
s gaudio efferor, vt pro hac fide, &
siâ velim omnia mundi mala sufferre,
ti (p. 3.) Certissimus in medio (p. 2.)
stantissimus in electione: (p. 1.)
hac Ecclesiâ perseueranti mihi vi- Phil. 1.
Christus sit, & mori (pro ipsâ) lu- 21.
.

RGVMENTVM V.

explicita Fidei Confessione.

PROPOSITIO I.

do in Deum naturâ vnum, Personis Trinum.

m prodire gestiam in electæ Fidei
onfessionem explicitam; ne vniuersa

li detentus disceptatione, videar maio
difficultatum tela cauere. Et primò qu
dem in vnâ Deitate Trinitatem Person
rum profiteor; credens in Deum Patre
Omnipotentem, qui cum vnigenito Fili
& Spiritu Sancto vnus est Deus; non i
vnius singularitate Personæ, sed in vni
Trinitate substantiæ; & in hac confessi
one veræ, sempiternæq; Deitatis, & i
Personis proprietatem, & in essentiâ vni
tatem, & in maiestate æqualitatem ado
ro; eo penitùs modo, quo Symbolum A
thanasij contra Arianos, quod Ecclesi
Matth. Catholica tenet, fusiùs explicare conatur.
28. 19. In huius enim SS. Trinitatis nomine
Christus suos fideles ad fontem Baptisma-
1. *Io.* 5. tis expressè vocauit: Quoniam tres sunt,
6. qui testimonium dant in cælo: Pater,
Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres
vnum sunt. Propterea quia tres erant
Gen. 1. Personæ, in hominis creatione dixerunt:
26. faciamus hominem ad imaginem, & simi-
litudinem nostram: Et præuaricatori:
ecce Adam quasi unus ex nobis factus
Gen. 3. est, sciens bonum, & malum. Hinc enim
22. & in figurâ Abraham tres viros vidit, &
Gen. 18. vnum adorauit: Et psaltes cecinit. Ver-
3. bo Domini cæli firmati sunt, & spiritu o-
Ps. 32. 6. ris eius omnis virtus eorum. Et Ioannes
Is. 6. 3. cum Isaiâ trisagion cantare audierunt.

Præte-

ætereà & ratio tanto Myſterio tribuit *Apoc. 4.*
ctigal, inquiens. Deus ſummè ſeipſũ *8.*
telligens, ſicut omnes mentes producũt
intellectæ verbum, ita ſui ipſius in ſe-
o verbum exprimit, quod eſt imago
æ Deitatis intellectæ, & figura ſubſtan-
e eius: ſed huiuſmodi verbum, imago, *Coloſ. 1.*
figura in Deo non eſt accidens, quia ar- *15.*
eretur imperfectio in ipſo; neq; eſt a- *Hebr. 13*
natura à Deo; quia Deus eſt maximè
us; neq; tamen eſt res à ſuo principio
diſtincta; quia principium intelligens
n eſt verbum intelligentis; ergo in ea-
m naturâ eſt ſubſiſtens principium, &
rbum; Quod cum ex vi proceſſionis per
ellectum ſit in ſimilitudinem naturæ,
nuenientiſſimè dicitur filius, rurſùs in
c duplici Hypoſtaſi conſideranda eſt
rfectiſſima voluntas; quæ mutuò pro-
ndet in terminum amoris infiniti. Hic
tem amor, vt priùs, neq; accidens po-
t eſſe, neq; alia ſubſtantia ab vno Deo;
q; quædam res omninò à ſuo principio
iſtincta; ergo in eadem naturâ Diui-
à Patre & Filio procedit amor Diui-
s per voluntatem, qui dicitur Spiritus
nctus.

PROPOSITIO II.

Credo Deum eſſe mundi Creatorem.

C Redo etiam quod Deus in Trinitate
Per-

Perſonarum vnus, ab æterno ſibi ſuffi
entiſſimus, & beatus ſuæ voluntatis ben
placito mundum ex nihilo creauit in tem
pore; & omnia viſibilia, & inuiſibilia
facta ex nihilo ab ipſo; vt tunc res omn
creatæ cum ipſo tempore, & motu i
ceperint, quando Deus incepiſſe volu
ab extrà, quas ab intrà in æternis ſu
mentis decretis fouebat; eo commun
candas ordine, & prouidentiâ, & modo
ſicuti voluit, & vult; omnia in numero
pondere, & menſurâ gubernans, vbi
præſens, primus motor, ſemper operans
ſemper immobilis. Hanc creationem
deſcribit Moyſes in primo Geneſeos
Pſ.145. hanc Dauid affirmat dicens: fecit cæ
6. lum, & terram, mare, & omnia, quæ in
eis ſunt: Quia ipſe dixit, & facta ſunt
Pſ.148. ipſe mandauit, & creata ſunt; & Ioannes
5. omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſ
Io. 1. 3. factum eſt nihil, quod factum eſt; E
Paulus in areopago: Deus, qui fecit mun
dum, & omnia, quæ in eo ſunt; hic cæli
Act.17. & terræ cum ſit Dominus & ipſe det o
24. mnibus vitam, & inſpirationē, & omnia
In ipſo enim viuimus, & mouemur, &
ſumus. Et ad Coloſſenſes: Quoniam in
Coloſ.1. ipſo condita ſunt uniuerſa in cælis, &
16. in terrâ, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue thro
ni, ſiue dominationes, ſiue principatus
ſiue

ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et ad Hebræos: fide intelligimus, aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Hebr. 11 10.
Ratio: quia ſi mundus, & motus fuit ſemper, ipſum nunc temporis non eſſet finis præteriti, & principium futuri; nam in æternis non eſt inuenire principium, & finem; cum ergo mundus aliquandò non fuit; habuit ante ipſum ſuæ creationis cauſam primam. Rurſùs Deus eſt omnipotens, cum ergo ipſius potentiæ mundus, & omnia, quæ in eo ſunt, ſubjaceant, ſi de toto eſſe ad totum non eſſe abſolutè non poſſet redigere; aliquid in mundo eſſet, ipſo Deo fortius, atq; potentius, quod ſcilicet non ſubiaceret eius poteſtati; ſi ergo nihil eſt Deo fortius, & potentius; cum oppoſitorum eadem ſit ratio; ſicut ſuâ omnipotentiâ poteſt omnia, & ſingula mundi redigere de toto eſſe ad totum non eſſe; id eſt ad nihilum; ita de nihilo ad eſſe; quod eſt creare: 3tio Omnia, quæ ſunt in mundo, ſunt in ſe inſufficientia ſibi, & non habent omnem perfectionem poſſibilem; ergò ab alio perfectiſſimo habent vt ſuppleatur illorum defectibilitas, & inſufficientia. Hinc ait Chriſtus Iudæis de Sab-
bathi

Io.5.17. bathi requie nimis solicitis: Pater meus vsque modo operatur; & ego operor.

PROPOSITIO III.

Credo per primum hominem in genus humanum inualuisse peccatum.

CRedo item, quod primus homo Adam actuali Diuini mandati transgressione simul vnâ cum Euâ peccans, omnes suos posteros naturali generatione nascentes infecerit; ita, vt ab huius origine peccati nemo sit mundus à sorde (nisi specialissimo Dei priuilegio) neq; infans vnius Dei super terrã; propter quod vnusquisq; hominũ habet in se peccati fomitẽ, quo ad cætera actualia peccata inclinatur. Huius rei veritatem pandit Moyses in Genesi cap. 3. quam Paulus confirmat, di-
Rom. 5. 12. cens: per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et
Ps. 10. 7 regius vates: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Iob: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonnè tu, qui solus es? Quasi dicat, si actuali peccato Adam, & Eua suas animas coinquinarunt, vt statim in eorum corporibus inordinationem appetituum senserint, quâ motuum sensualium

um nuditatem erubuerunt, dum viderent in proprijs membris aliã legem repugnantem legi mentis, & captiuantem in lege peccati, quæ per ordinationem facti recepta est in membris carnis; quis inde conceptus, & natus mundus esse possit? quis ex aquæ turbidæ stagno limpidos fontes deriuet? vtiq; solus Deus; aut aliâ hominem viâ, quàm communi propagatione, producens; sicut natus est Christus; aut exceptionis lege à communi maledicto præseruans; sicut de Christi Matre tenemus. Cæterùm alij omnes cum Paulo dicere possunt. Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: caro enim concupiscit aduersùs spiritum: spiritus autem aduersùs carnem: cum enim constet ab homine plura contrà rationis rectæ dictamen fieri, ea necesse est à malo principio oriri; concupiscentia autem absolutè mala non est, sed quatenùs non subest rationi, & fomes est peccati, est mala; ergo mala facta est à principio malo; hoc autem malum principium solum est peccatum, & culpa; nam cætera bona sunt cum sint omnia à Deo; Deus verò non est author peccati; ergo ex peccato in homine concupiscentia est mala; Deus etiam fecit hominem rectum; ergo appetitus

Rom. 7. 21.

Rom. 7. 8.

Gal. 5. 17.

Eccl. 7. 30.

titus, inordinatus in ipso à peccato hominis est. Vndè est enim quod cætera omnia creatâ iuxta finem sibi præfixum operantur, homo autem rationis particeps iuxta rationem non vivat ab ipsis cunabulis, nisi quia in ipso prædominatur origo primi peccati in quo concipitur?

PROPOSITIO IV.

Credo Mysterium Dominicæ Incarnationis, ac Redemptionis à culpis.

Io.3.17. CRedo pariter, quod Deus misit filium
Matth. suum in mundum, vt saluetur mundus
1. 18. per ipsum; & de Mariâ semper Virgine
Rom. spiritûs sancti virtute conceptus carnem
8. 3. humanam sumens in similitudinem car-
nis peccati, qui peccatum non fecit, Ver-
Io.1.14 bum caro factum est ex muliere, factū
Gal. 4. sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorū reciperemus; propter quod adimplens dispositionis suæ seriem ab æterno constitutam in reparationem generis humani, & à Prophetis suis prænuntiatam voluit, nasci, circumcidi, tradi in mortem, flagellari, spinis coronari, crucifigi, & ea omnia agere, & pati, quæ describuntur à Sanctis Euangelistis; sic enim per proprium sangui-
Hebr.9. nem introiuit semel in Sancta, æternâ
13. Redemptione inuentâ. Si enim sanguis hirco-

hircorum & taurorum. (in veteri testamento futurorum figura) inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis (per peccatum) ad seruiendum Deo uiuenti (per gratiam eius) quis enim poterat Deo per hominis culpas offenso satisfacere, nisi Deus? quoniam verò congruentiore medio, nisi carnis assumptione, vt in carne lueretur pœna, propter culpas, quas
caro contraxerat? & sicut in Adam o- *1. Cor.*
mnes moriuntur, ita & in Christo omnes 15.22.
viuificabuntur. Quod si in Christo caro immaculata non sit, & omni prorsus labe peccati immunis, quomodò nã filius Dei, & Deus dici, & esse posset? quomodo peccata hominum suo sanguine diluisset? quod enim sit Deus, Sancti Ioannis Euangelium mirificè probat, vt qui infirmitate carnis se verum hominem o-
stendebat, miraculorum portentis Deum *Ier.* 29.
verum de Deo vero se comprobauerit. 11.
Patratâ enim per hominem culpâ; cogi- *Tit.* 2.
tauit Dominus cogitationes pacis, & non 14.
afflictionis; vt quos creauerat, redimeret *Io.* 1. 11.
à peccatis, nè insolentia diaboli trium- *Luc.* 1.
pharet. Igitur in propria venit filius Dei; 34.

& in

Matth. & in vnitate Diuinæ Personæ connectens
17. 5. naturam Diuinam, quam ab æterno Pa-
Matth. tre habet, cum humanâ naturâ, quam in
8. 17. tempore assumpsit à Matre, dum in ho-
Rom. 5. mine infirmitates nostras portauit, diuini-
tate suâ mortem, & peccata deuicit.

PROPOSITIO V.

Credo Christi Domini Resurrectionem, & ad cælos Ascensionem, & homines resurrecturos.

1. Cor. CRedo similiter, quoniam Christus
15. mortuus est pro peccatis nostris secun-
Matth. dùm scripturas: Et quia sepultus est, &
28. quia resurrexit tertiâ die secundum scri-
Marc. pturas: Et quia visus est Cephæ, (id est
16. Petro, imò & mulieribus) & post hoc
Io. 20. vndecim: deindè visus est plusquàm
& 21. quingentis fratribus simul. Et postquàm
Luc. 26. locutus est eis assumptus est in cælum, &
Marc. sedet à dextris Dei. Idest æqualis Patri
16. 19. secundùm diuinitatem, qui minor est Pa-
Io. 14. tre secundùm humanitatem, propter quã
28. Deus clarificavit filium suum, & exalta-
Id. 13. uit illum, dans illi omnem potestatem
31. in cælo, & in terrâ, quia filius hominis
Matth. est. propter quod dicit:, Ascendens in
28. 13. altum captiuam duxit captiuitatem, de-
dit dona hominibus. Quod autem ascen-
dit, quid est, nisi quia & descendit in in-
feriores

feriores partes terræ? qui descendit, *Eph.4 8*
ipse est & qui ascendit super omnes cæ-
los, vt impleret omnia. Hanc Dauid re-
surrectionem præuidit in psalmo 15. ex *Ps. 131.*
quo Petrus suadet, quod impossibile erat *11.*
teneri Christum ab inferno; quia jureju- *Ps.109.*
rando promiserat Deus de stirpe Daui- *1.*
dicâ ponere super sedem eius, à dextris
Dei: quare neq; derelictus est in inferno, *Act.13.*
neq; caro eius vidit corruptionẽ: Quomo-
do enim mors attigisset authorem vitæ,
nè fieret inter mortuos liber? vndè & *Ps.87.6.*
primogenitus mortuorum nuncupatur, *Apoc.1.*
qui ex mortuis primus gloriosè resurgens, *5.*
non ampliùs moriturus, spem firmavit in *Coloss.1.*
homines, vt & ipsi in nouissimo die resur- *18.*
gere debeant, quemadmodum in suæ re- *Matth.*
surrectionis triumpho, multa corpora *27. 52.*
Sanctorum, qui dormierant surrexerunt.
Si enim (vt ratiocinatur Apostolus) *1. Cor.*
Christus prædicatur, quod resurrexit à *15.*
mortuis, quomodo quidam dicunt in vo-
bis quoniam resurrectio mortuorum non
est? Si autem resurrectio mortuorum
non est, neq; Christus resurrexit. Si au-
tem Christus non resurrexit, inanis est
ergo prædicatio nostra; inanis est & fides
vestra. Ergò & qui dormierunt in Chri-
sto, perierunt. (Imò & quid allabora-
runt pro Christo millena hominum, &
jugi-

jugiter desudant in Ecclesiâ, si spes illo-
Ib.n.19. rum euacuetur in negando resurrectio-
nem mortuorum (Sic enim ex hac hy-
pothesi falsâ) si in hac vita tantùm in
Christo sperantes sumus, miserabiliores
sumus omnibus hominibus: Nunc autē
Christus resurrexit à mortuis primitiæ
v. 35. dormientium; quoniam quidem per ho-
minem mors, & per hominem resurrectio
mortuorum. Sed dicet aliquis: quomo-
do resurgunt mortui? qualiue corpore
venient? insipiens, tu quod seminas, non
viuificatur, nisi priùs moriatur. Et quod
seminas, non corpus, quod futurum est,
seminas; sed nudum granum, vt puta tri-
tici, aut alicuius cæterorum; Deus autem
v. 51. dat illi corpus, sicut vult: & vnicuiq; se-
cundùm proprium corpus &c. Ecce My-
sterium vobis dico: Omnes quidem re-
surgemus, sed non omnes immutabimur.
In momento, in ictu oculi, in nouissimâ
tubâ; canet enim tuba, & mortui resur-
gent incorrupti, & nos immutabimur.
Oportet enim corruptibile hoc induere
incorruptionem: & mortale hoc induere
immortalitatem: cum autem mortale hoc
induerit immortalitatem, tunc fiet sermo
Oseæ.13 qui scriptus est: Absorpta est mors in vi-
14. ctoriâ; vbi est mors victoria tua? vbi est
mors, stimulus tuus? Hic fidei articulus
tanti

tanti ponderis est, vt Christus ipse Saddu- *Matth.*
cæis resurrectionem mortuorum neganti- 22. 29.
bus dixerit: erratis nescientes scripturas,
neq; virtutem Dei: non legistis quod di-
ctum est à Deo dicente vobis. Ego sum
Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus
Iacob? Non est Deus mortuorum, sed vi-
uentium: & alibi: venit hora in quâ o- *Io.* 5. 28.
mnes, qui in monumentis sunt, audient
vocem filij Dei; & procedent, qui bona
fecerunt in resurrectionem vitæ: qui ve-
rò mala egerunt in resurrectionem ju-
dicij. Iob. 19. 25. & 21. 32. Isa. 26. 19.
Ezech. 37. 8. 1. Thessal. 4. 13.

PROPOSITIO VI.

Credo Iesum Christum Iudicem hominum, qui reddet vnicuiq; iuxta opera ipsorum, & ipsius promissa.

CRedo etiam, quod Iesus Christus est *Io.* 5. 22
constitutus à Deo Patre judex noster, *Act.* 10.
vt non modo post mortem singulorum 42.
hominum judicet in æquitate suorũ pro-
missorum & nostrorum operũ omnes ani-
mas, tribuens illis aut præmium æter-
næ vitæ in cœlis, aut pœnam æterni sup-
plicij in inferno; sed etiam quod in fine
mundi venturus est judicare vivos, & mor- 1. *Petr.*
tuos; & omnibus hominibus in carne 4. 5.
propriâ resuscitatis decernet taliter; vt
qui

qui bona egerunt, ituri sint in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum. Hoc prædxit Anna Elcanæ vxor dicens:
1. Reg. 2. Dominus judicabit fines terræ; & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et Paulus ad Romanos inquit:
Rom. 14. 10. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum, & vivorum dominetur: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante Tribunal Christi. Itaq; vnusquisq; nostrũ pro se rationem reddet Deo. Et 2. ad
c. 5. 10. Corinthios: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, sive bonum, sivè malum. Propterea hortatus est sæpè nos Christus dicens:
Matth. 25. 13. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neq; horam. Et inde vniversale Iudicium, & si-
v. 31. gna præcurrentia describens ait: Cùm autem venerit Filius hominis in Maiestate suâ, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem Maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut Pastor segregat oves ab hædis, & statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Et Iudicij conclusio: Et ibunt hi in
v. 46. supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.

PRO-

PROPOSITIO VII.

Credo in Spiritum Sanctum, à Patre, & Filio procedentem.

CRedo item in Spiritum Sanctum, qui est tertia Persona Sanctissimæ Trinitatis, æqualis omninò Patri & Filio, qui à Patre, Filioq; procedit. Inde enim Iesus ait: Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et rursùs: Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittã vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit; ille testimonium perhibebit de me. Quid enim missio illa reciproca Spiritûs Sancti à Patre, & à Filio demonstrat; nisi quod & ab intra procedit à Patre, & Filio, qui promittitur Apostolis mitti à Patre in nomine Filij, & identidem à Filio mitti in nomine Patris ad extra, vt evenit in die Pentecostes? An non procedat à Filio? de quo ait Baptista: Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni? Christus in Spiritu Sancto baptizans, ostendit non modò à Patre suo, sed etiam à seipso simul Spiritum sanctum procedere; Vndè dicebat: Expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero Paraclitus non ueniet ad vos. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit

Io. 14. 26.

Id. 15. 26.

Act. 2.

Matth. 3. 12.

Io. 16. 7. v. 13.

vos omnem veritatem, non enim loqu-
tur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet l-
quetur. Ille me clarificabit; quia de meo
accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia
quæcunq; habet Pater, mea ſunt. Propt-
rea dixi, quia de meo accipiet, & annu-
ciabit vobis. Quid clariùs? Si omnia qu-
cunq; habet Pater, ſunt filij; quid, ſi P-
ter amat filium, & reciprocè filius Patri;
& reciprocè non procedet SpiritusSanctus
ab vtroq;? Amor enim Patris propendet
in filium, & filij amor in Patrem; vt m-
tuò, & viciſſim vtrinq; Spiritus Sanctus
procedat.

PROPOSITIO VIII.

Credo vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.

CRedo quoq; in hoc mundo eſſe Viſib-
lem Eccleſiam, à Chriſto, & ſucceſſ-
vè per Apoſtolos, Apoſtolorumq; legi-
mos ſucceſſores fundatam; quæ per vnit-
tē fidei congregata, à Spiritu Sancto reg-
tur, ne erret; & hanc Eccleſiam dico eſſe
Catholicam, ideſt vniuerſalem, ſub vno
ſummo Paſtore, & capite Chriſti Vicario,
& Petri ſucceſſore legitimo militantem;
qui eſt Romanus Pontifex Papa, & P-
mas omnium Eccleſiarum Chriſti, quæ
ſunt in mundo. Hunc articulum ab Ap-
ſtoli

ſtolis habemus, & Concilijs hæreditari-
um. Quid ergò intenderunt per iſta ver-
ba: Credo Sanctam Eccleſiam Catholi-
cam: niſi vt traderent regulam Spiritûs
Sancti fidelibus; vt adhærerent illi Eccle-
ſiæ quæ tenet dogmata magis vniuerſa-
lia? Si enim Christus promiſit Apoſtolis *Io.* 14.
quod Spiritus S. docebit vos omnia? Et 26.
quod docebit vos omnem veritatem; ſi *Id.* 16. 13
ſolis id Apoſtolis competebat; quare ipſi
omnem veritatem nobis non manifeſta-
uerunt in ſcripturis? Quare ex ſcripturis
diuerſi diuerſa intelligunt, & non omnes
Christiani conueniunt? quomodo dicat *Matth.*
Chriſtus: ecce ego vobiſcum ſum omni- *vlt.*
bus diebus, vſq; ad conſũmationem ſæcu-
li? certè conſtat, quod Apoſtoli mortui
ſunt, & adhuc non eſt conſũmatio ſæculi
ergò Chriſtus vſq; ad conſummationẽ ſæ-
culi cum alijs erit, qui vicem gerant Apo-
ſtolorum, quibus dictum eſt: Vobiſcum
ſum vſq; ad conſúmationem ſæculi? non
inuenio autem in mundo Chriſti vniuer-
ſaliorem Eccleſiã, & origine, & poſſeſſione
hæreditariæ ſucceſſionis ab Apoſtolis de-
ductam, quã Eccleſiam ſub Pontifice Ro-
mano militantem; aliæ enim aut ab illa
defecerunt; aut recentiorem habent origi-
nem, quam ab Apoſtolis; aut in particu-
laria dogmata, & ſectas euadunt; quibus

minimè conueniat dicere: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam esse hanc? Quid enim ex eo infertur, quod ait Chri-
Matth. 18. 20. stus: vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; nisi, quod Apostoli posteris insinuare voluerunt, cum statuerunt credendam esse Ecclesiam Catholicam, ut ibi Christus esse credatur, vbi vniuersalior est Congregatio. Quanquam enim dici soleat, quod paucorum est sapientia; tamen sicut in consensu pluriū circa artes, & mores melius est iudicium, quàm in contradictione aliquorum; ita Diuinâ prouidentiâ commendatur, vt fideles sui in consensu plurium tutiùs viuant credentes Ecclesiam Catholicam, quàm in quorumdam subtilibus disputationibus, quæ sectas diuersas constituunt. Neq; imaginari quis possit Inuisibilem Ecclesiam, cuius membra sint visibilia, homines viatores. Quomodo enim fuit à principio visibilis & facta est in hoc mundo inuisibilis? Et quæ promissa est Petro firmiter ædificanda, vt non prævaluissent portæ inferi aduer-
Matth. 16.18. sùs eam; iam tenebricosorum sophismatum fascino de visibili inuisibilis euasit? & ne concedatur vna esse vera, quæ vnum supremum Pastorem in terris cognoscit, nulla sit vera? Ah dicunt Christum caput

caput eſt Eccleſiæ; Et: ipſe eſt caput cor- *Eph.* 5.
corporis Eccleſiæ: ſed quis negat hoc? 23.
imò addo, quod eſt caput omnis princi- *Coloſſ.* 1
patùs, & poteſtatis; qui habet in veſti- 18.
mento, & in femore ſuo ſcriptum: *Rex* *Id.* 2. 10
regum, & Dominus dominantium: ſed *Apo.* 19
qui eſt caput Chriſtus (inquit Apoſtolus) 16.
& ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, *Eph.* 4.
quoſdam autem Prophetas, alios verò 11.
Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Do-
ctores ad conſummationem Sanctorum
in opus Miniſterij in ædificationem cor-
poris Chriſti, donec occurramus omnes
in vnitatem fidei: ecce quàm apertè
nobiſcum eſt Chriſtus caput Eccleſiæ
vſque ad conſummationem ſæculi:
ex quo totum corpus compactum, & con-
nexum per omnem iuncturam ſubmini-
ſtrationis. Cum ergò manifeſte conſtet,
quod Chriſtus conſtituit Petrum Apoſto- *Matth.*
lorum Principem, ſupra quem complacu- 16. 18.
it Eccleſiam ſuam fundare, & cui claues
regni cæleſtis commendare dignatus eſt,
ſicut limpidè Euangelia teſtãtur. Quæ Pe-
trum ſemper pro loco nominant; & paſ-
ſim de ipſo texunt hiſtoriam. Omnes
tenemur agnoſcere in Petri ſucceſſore *Io.* 21.
quandam eminentiam Paſtoralis officij; 16.
cui ſoli præcipuè à Chriſto ter dictum ſit:
Paſce agnos meos; Paſce agnos meos;

Pasce oues meas? & aliàs: rogaui pro te, (Simon Petre) vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Se ergò subtrahant à Petri Pontificio, qui aut inter agnos, & oues Christi esse se denegant; aut saltem inter Petri fratres ascribi nolint, qui debeant à Petro tanquam primò inter illos confirmari. Præterea in figura, vna Ecclesia fuit Synagoga Israel diuinitùs instituta, in qua erat vnus summus Pontifex, cui alij Pontifices, & Sacerdotes obsequium & decimas ferebāt, & in ipso authoritatē doctrinæ, & judicij, & veritatis agnoscebant, vt amplè describitur Exodo, & Leuitico, & alibi passim; quid ni & Christus perfectiore modo suam non instituerit Ecclesiam? Quod cum nullam aliam in mundo inueniam neq; meliore ordine legum, neq; maiore sacrarum rerum curâ, neq; solertiore religionis solicitudine, neq; perfectiore Monarchiæ regimine, quàm hanc, quæ cum Romana Ecclesia consentit; ideò ex his quæ video, eleuor mente, vt credam hanc esse, quam fundauit Christus suo, & Martyrum suorum sanguine Ecclesiam.

Exod. 16. 8. Exo. 29. & 40. Leu. 8. Num. 18. Deut. 10

PROPOSITIO IX.

Credo in Christi Ecclesia esse septem Sacramenta &c.

Credo

CRedo hinc quicquid prædicta S. Ecclesia Dei Catholica mihi proponit credendum; quia dictum est legitimis eius Prælatis. Qui vos audit, me audit. Et quia inter præcipua Mysteria fidei proponit mihi septem Sacramenta à Domino Iesu Christo instituta pro salute, & medicinâ hominum, qui redempti sunt, & talibus medijs pretium redemptionis consequuntur; ea pariter teneo, sicut prædicta Ecclesia me docet. Quid enim dicam inuentum humanum, quod in sua summa S. Thomas Aquinas tam clarè explicat circa hæc septem Sacramenta Ecclesiæ; si enim suo tempore, idest ante Annos 480. & ampliùs hoc docuit, quod in præsenti tenemus; certè & ipse ab Annis totidem ante, ex alijs scriptis & traditione recepit; sicut, & breui ductu vsque ad Apostolos est deducere Sacramentorum vsum & fidem eandem. Nam inuentionis humanæ non est promouere sustinendas ratiocinio res difficiles; si ergò talia, quæ creditu difficilia videntur suadebant, utique veritatis fidei, & antiquæ doctrinæ Catholicæ motiuo mero fecerunt, sicut & nos facimus: cum ergò nos scrutemur antiquissimas memorias in omnibus Ecclesijs mundi, quæ adhærent Ecclesiæ Romanæ, & inueniamus in substantia fidei, L.10.16

& Sacramentorum vniformem consen sum; quamuis propter venerabilem antiquitatem seruent diuersos ritus, & cæremonias (in his enim Sponsa Christi, &
Ps. 44. Filia Regis æterni Ecclesia est circumamicta varietatibus) & monumenta eiusmodi reperiamus extare à quatuor, quinque, sex & amplius sæculis; nonnè & qui tam diligenter eas memorias reliquerunt, eandem solertiam adhibuerunt atq; nos, & maiorem, vt veritatem fidei secundum sensum Apostolorum retinerent? quis dubitet de lingua latina, aut Græca, ad nostra tempora per similem traditionem, & monumenta substantialiter deuenisse? & quanquam certi non simus de genuina illorum temporum, quando hæ linguæ viuebant, pronunciatione, accentibus, & plenâ verborum coordinatione, & nexu; tamen in substantia per datã traditionem antiquarum memoriarum dictas linguas attingimus; quid ergò de Diuina fide dicendum, quæ maiore prouidentiâ, quàm humana conseruatur? verè congruit, quod dicit Christus: quærite, & inuenietis: si quærentes puritatem linguæ
Matth. 7. 7. Latinæ ex bonis authoribus, & vetustis scripturis reperimus; Quid ni & quærentes veram fidem ex antiquatis non inueniamus eam esse, quam Sancta profitetur

Eccle-

Ecclesia Romana? reperias mihi in mundo, qui Sanctorum Patrum, & sacrarũ scripturarum vetustiora, & magis authentica seruet monumenta fidei, quam Vaticana Bibliotheca, & Italia tota; & maiorem adhibeat curam in scrutandis, seruandisq; ad amussim, quæ antiquitùs recepit quàm Ecclesia prædicta; & dabo manus. Ex quo traditionis argumento non modò Sacramenta, & quidquid est difficultatis in ipsis, sed & cultum Sanctarum Imaginum, & Ecclesiæ Romanæ Primatum, & omnia ferè ad fidem spectantia, confirmo. Nam si quid noui vellet introduci, certè nisi saperet relaxationem animorum, difficilè, & infortunatissimè eueniret. Ratio. Sicut in vita humana oportet nasci, fomentis confirmari, ali, ægritudinibus mederi, vires post ægritudines reficere: Pro Republica populus; pro religione ministri. Ita in vita Spirituali & Christiana datur renasci per Baptisma; roborari per confirmationem; nutriri per Eucharistiã; conualescere per pœnitentiam; refici per extremam vnctionem. Per matrimoniũ consulitur proli; per sacrum ordinem religioni Catholicæ. In numero Sacramentorum & Græci consentiunt; quod est maximum argumentum Apostolicæ traditionis.

PRO-

PROPOSITIO X.

Credo vnum Baptiſma in remiſſionem
Eph. 4. *peccatorum, tum pro pueris, tum pro*
5. *adultis, & Sacramentum confirmationis.*

NAm ſicut ſemel contingit naturaliter naſci, ita & ſemel ſpiritualiter renaſci; vnde Nicodemo ait Chriſtus: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto,
Io. 3. 5. non poteſt introire in regnum Dei. At cur excludamus impiè à regno Dei paruulos negantes illis Baptiſma; ſi pro illis & Chriſtus paſſus eſt? ſi Chriſtus di-
Matth. xit: ſinite paruulos, & nolite eos prohibe-
19. 14. re ad me venire: talium eſt enim regnum
Marc. cælorum. Et de his teſtatur S. Lucas, quod
10. 13. eſſent infantes, ſi rurſus ait; qui ſuſcepe-
Luc. 18. rit vnum parvulum talem in nomine meo,
15. me ſuſcipit. Et ſi reijcis parvulos à Bapti-
Matth. ſmate quod nondum credant; mentiris,
18. 5. Chriſto cōtradicens, qui inquit: Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria. Credunt ergò parvuli Redemptori, qui miſericorditer vocati ad ſe non contradicunt, & Baptiſmate fidem infuſam recipiunt, ut deleatur in ipſis pecca-
Gen. 17. tum quod non fecerunt, ſed origine car-
12. nis contraxerunt. Et ſicut infantibus Cir-

cumciſio

cumcisio olim dabatur; ita nunc ipsis in Matth.
eundem finem Baptisma non denegatur; 18. 14.
de quibus Christus testatur: Quod non est Act. 2.
voluntas ante patrem vestrum, qui in cælis 39.
est, vt pereat vnus de pusillis istis. Ideò Ib.c. 16
Petrus prædicabat dicens: Vobis enim 39.
est repromissio, & filijs vestris. Et Paulus custodi carceris petenti quid oporteret facere vt salvus fiat; ait: Crede in Dominum Iesum, & salvus eris tu, & domus tua: & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. Hinc ergò mos, vt parvuli actuali parentum fide, promoueantur ad sacrum fontem, vbi adulti proprio consensu debeant accedere, qui dissentiendo contradicere actualiter possunt suæ redemptioni. Sed hoc traditione certè tenemus, ut Sacramentum Baptismatis à quocunq;, vel quacunq; in formâ
Ecclesiæ veram traditum valeat ad salu- Io.3.17.
tem æternam; quia videlicet cum Chri- Matth.
stus pro omnibus passus sit, omnes vocat 11. 28.
ad salutem; pro qua obtinenda adeò est
necessarium baptisma, vt voluerit sua mē- Matth.
bra in casu necessitatis sibi mutuo esse au- 28. 19.
xilio, & quod mandauit ut facerent ex officio Episcopi; concessit ut causâ vrgente præstarent & alij, sicuti & circumcisionē
legimus à Sephora Moysis vxore in filium Ex.4.25
suum administratam. Pro confirmatio-
nis

Ac.8.17 nis Sacramento habemus, quod Aposto
li: tunc imponebant manus super illo
(qui baptizati tantum erant) & accipie
bant Spiritum Sanctum. Quam potesta
Heb 6.2 tem Simon Magus petiuit obtinere pecu
Id. Act. niâ: & eodem modo cap. 19. Act. dicitur
19. 6. Et cum imposuisset illis manus Paulus, ve
Matth. nit Spiritus Sanctus super eos. Christus
19. 15. etiam parvulis manus imposuit; quare de
huius Sacramenti Apostolicâ traditione
in Ecclesia exstat S. Augustini authoritas
lib. 2. cap. 104. contra literas Pitiliani,
dicens: Sacramentum Chrismatis in genere visibilium signaculorum, sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus.

PROPOSITIO XI.

Credo in SS. Eucharistiæ Sacramento contineri verum Corpus, & Sanguinem Iesu Christi sub speciebus Panis, & Vini. Eo scilicet modo vt explicant Sancti DD. præcipuè S. Thomas Aquinas, & tenet S. Mater Ecclesia.

VEritas huius SS. Sacramenti non modo ex SS. PP. & Ecclesiæ DD. sed etiam ex Sacris Biblijs adeo lucidè affulget, vt sensu cæcutiant negantes, qui omnipotentiam Redemptoris non capiunt; dicentes: durus est hic sermo; & quis potest

test eum audire? sed audi testimonia Sacra: Matth: 26. 26. Cænantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditq; Discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est Corpus meum: Et accipiens Calicem gratias egit; & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Vbi in his verbis locum habet metaphora? An sanguis Christi metaphoricè, & per fidem est effusus? sed certè realiter est effusus sanguis, de quo hîc Apostolis ait: bibite ex hoc omnes: & ne daretur occasio errandi; subdit: dico autem vobis: non bibam à modo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Nunc in his verbis speculentur increduli: quod est genimen vitis? si vinum commune; certum est, quod Christus aliâ vice bibit ante mortem; nam in Caluario ante crucifixionem ait Matth. c. 27. Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset noluit bibere. Vtiq; sic gustauit; aliquam vini partem bibit. Sed neq; in regno cæli bibitur commune vinum; neq; per fidem; quia fides in cælo euacuatur. Patet verò quod Christus resuscitans, rebibit (vt sic loquar) suum

Io. 6. 61.

Matth. 26. 26.

Matth. 27. 34.

1 Cor. 13 10.

ſuum verum ſanguinem, reaſſumens effu ſum in ſuum corpus glorioſum, & illu genimen per gloriã reſurrectionis novur reddens; & profectò in regno Patris æ terni beati non alio çibo, & potu fruuntur
Marc. 14. 22. quam ipſo Deo, & Chriſto Ieſu. Sed aud Marcum cap. 14. 22. Et munducantibu illis, accepit Ieſus panem: & benedicen fregit, & dedit eis: & biberunt ex illo o mnes. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meu noui teſtamenti, qui pro multis effundetur Quantus conſenſus in hoc explicand
L. 22. 19 Myſterio! ſed rurſùs & audi Lucam c. 22 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: (traditum eſt auten in mortem corpus Chriſti verum) Inde ſe quitur: Hoc facite in meam commemo rationem: ſimiliter & calicem, poſtquàn cænauit, dicens: Hic eſt calix nouum te ſtamentum in ſanguine meo, qui pro vo bis fundetur: Calix ergò eſt novum teſta mentum in ſanguine Chriſti; ſed vetu teſtamentum erat in Sanguine vero ani malium, quæ figurabant Chriſtum; cu ergo excellentius non debeat eſſe nouum teſtamentum, quod fit morte interceden
Hebr. 9. te teſtatoris? cur per metaphoram dun taxat, & non re ipſâ teſtamentum nouum datur in vero ſanguine Chriſti? certè hi
ſanguis

ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus; in veteri lege verus erat ſanguis; in nouo teſtamento ſicuti verus ſanguis Chriſti effuſus eſt, ita calix in ſanguine Chriſti vero inſtitutus. Et ideò cohærenter Paulus 1. Cor. c 11. 23. ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis; quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. At verum corpus Ieſu traditum eſt per nobis, non metaphoricũ, non per fidem ſolam conſtitutum; ergò & hoc ipſum porrexit Diſcipulis, & hoc ipſum efficiendum inſtituit dicens: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cænauit dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotiescunq; bibetis in meam commemorationem Et declarans tantùm myſterium expreſſiùs, inquit. Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & ſanguinis Domini: Quare? qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit: non diiudicans corpus Domini: Ergò diiucare oportet panem hunc, & calicem Domini; non eſſe panem communem,

Exo 24

1Cor. 11 23.

munem, & vulgare vinum, ſed corpus, & ſanguinem Domini. & ſuperiùs dixerat:
1Cor.10 Calix benedictionis, cui benedicimus,
16. nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, nonne
Io.6,27. participatio corporis Domini eſt? Audi tandem Ioannem cap. 6. qui narrat poſt miraculum Chriſti, quo quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiauerat quinque millia virorum, quod quærentibus ſe Chriſtus reſpondit: Amen, Amen dico vobis; quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducatis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini, non cibum qui perit; ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. De quo cibo, Philopiſte, videtur tibi Chriſtus hîc loqui? de fide? ſed fides non permanet in vitam æternam, ſed euacuatur in beata viſione: nonne audis, quod promittit cibum, quem filius hominis dabit: loquitur ergò de futura SS. Sacram: Inſtitutione, nò de fide, quã paſſim docuerat, & docebat, & non differebat in futurum dare. Sed ſequaris legere prædictum capitulum; & dum reperis, quod interrogant: Quid faciemus ut operemur Opera Dei? iam vides, quod Chriſtus de fide reſpondet, tanquam de fundamento operum bonorum, dicens: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit

nisit ille: & tunc turbæ allegantes suæ ncredulitatis motiuum dixerunt ei: quod rgò tu facis signum, vt videamus, & crelamus tibi? quid operaris? Patres nostri nanducauerunt manna in deserto, sicut criptum est: Panem de cælo dedit eis *Exod.16* nanducare. Ergò petunt signum ut cre- 14. lant, sicut habuerunt in deserto manna PP. illorum, ex quo signo crediderunt Moysi. Dixit ergò eis Iesus: Amen, amen lico vobis: non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum; Panis enim Dei st, qui de cælo descendit, & dat vitam nundo: quis est iste panis verus, qui de ælo descendit, & dat vitam mundo ni- Christus: Et ne id ambigeres, ijs qui dierunt: Domine semper da nobis panem unc; Dixit eis Iesus: Ego sum panis vitæ; non dixit, fides est panis, sed: Ego um panis vitæ. An Christus est fides? aut otiùs fide creditur, quòd Christus est pais verus, quem dat nobis Pater de cælo. t sequitur: Qui venit ad me, non esurit, & qui credit in me, non sitiet unquam: uare non esuriet, neq; sitiet? quia seipsũ nimæ præbebit in cibum, & potum; uod si hoc fieret solâ fide, & non re, Aima adhuc esuriret, & sitiret amore coninctionis maioris ad Iesum, quia magis

posset illi adhærere, quàm per solam
dem, & spiritualem apprehensionem
imò quid satiaret famem & sitim anim
Diuinus Amor, si adhæsio amantis cu
amato maior est iuxta veritatem fidei, qu
est inter Creatorem, & creaturas? Na
Ier. 23. Deus omnia replet; & in nobis est D
24. minus: sicut ergò ad satietatem anim
Id. 14. supernaturaliter Deum amantis, non su
ficit vnio communis Dei ad creatura
sed addit super hoc, vt per Diuinam grat
anima eleuetur, & iustificetur & hoc n
xu Deo intimè adhæreat; ita ad satiet
tem explendam animæ Christum Reder
ptorem amantis, non facit spiritualis a
prehēsio, & memoria per fidē, sed ulteriu
vt homo reuera dicere possit: inueni, q
Cant. 3. diligit anima mea, tenui eum, nec dim
4. tam: sed ecce quid in ipsa Christi doct
na sequitur: Murmurabant ergò Iud
de illo quia dixisset: Ego sum panis
vus, qui de cælo descendit; murmur er
Iudæorum erat, quia non credebant ve
bis Iesu Christi dicentis: Ego sum par
viuus, qui de cælo descendit: & dicebar
nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius n
nouimus Patrem, & Matrem? Quomo
ergò dicit hic; quia de cælo descendi
certè si credidissent, quòd Christus à P
tre æterno missus, de cælo descender
diffi

difficultatem non habuissent & reliqua credere; & ideò Christus murmurationi satisfacit demonstrando, quod fides est Dei donum, quo trahi debeant ad se, vt credant suis verbis; & hoc dixit, vt ex cognitione ipsa humiliarentur ante Deum, & essent capaces recipiendi infusionẽ fidei, cuius obex est tumor mentis; & inde promissis alliciens ad credendum ait: Qui credit in me, habet vitam æternam. Et immediatè sequitur: Ego sum panis vitæ Quid est instantia ista, ut credant Christũ, cum repetitione illa: Ego sum panis vitæ? nisi quia rem arduam in fide proponebat credendam, propter quam deberemus mentem erigere, vt in filium Dei credamus, qui hoc asseruit: Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt: quid facit ista similitudo, nisi ut confirmet, quod de vera panis viui manducatione loquitur? manna manducauerunt verum cibũ, non metaphoricum, non credulitate hominum constitutum. Nam quis hominum merâ credulitate facere possit, vt quod non est aliquid, sit hoc aliquid? igitur neq; ipsâ mãducatione in fide hominũ fit, vt quod est panis, sit corpus Christi; sed re verâ panis consecratus per Diuinam voluntatem est corpus Christi; & fide credimus esse, quod est; non autem fide facimus esse, quod non est. Et ideo sequitur. Hic

Exod.16 13.

est panis de cælo descendens : vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Nũc cogita, de quo pane sit sermo; panis de cælo descendens, Christus est qui de cælo descendit : ergò hic panis viuus Christus est; non panis triticeus simul, & Christus; sicut de cælo non panis triticeus cũ Christo descendit; sed Deus homo descendit, & Verbum caro factum, & natum in Bethleem, quæ domus panis interpretatur; vt inde innueret, quod ipse idem est, qui se daret in cibum, qui dignabatur pro nobis carnem assumere humanam. Et indè expressiùs declarat mysterium dicens : Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum : &: panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Quid vis ampliùs? Litigare cum Iudæis audientibus? quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum? De modo manducationis quæstionem moues? ecce solutio, quam Christus ipse Iudæis addidit : Amen Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; quare? Quia Christus est vera vita; & ideo: qui manducat (ait) meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : quia in se habet Christum :

ſtum; Caro enim mea verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. Quomodo diſtorques in ſenſus varios quod hic apertè audis dici, quod caro, & ſanguis Chriſti verè eſt cibus & potus? quia nimirum id nondum intelligis, quomodo fieri poſſit? certè quod Catholici credimus, hoc poteſt facere Deus? vt ſubſtantia panis & vini tranſeat in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Domini; propterquem conuerſionis tranſitum transſubſtantiationis vocabulo vtimur ad exprimendum, quod accidentia panis, & vini remanent; neq; mutantur in aliquid Chriſto proprium; ſed ſub illis ſeſe ſpeciebus tradit nobis in cibum & potum, ſub quibus niſi eſſet, neq; ſenſus de Chriſti præſentia præberent intellectui motivum credendi; fide enim credimus, quod non apparet. Neq; homini viatori caro Chriſti daretur in cibum, & ſanguis eius in potum; nam manducamus, & bibimus, quod nobis ſub eiuſmodi ſpeciebus offertur, quibus actio manducandi, & bibendi fieri poſſit. Et ecce modus, quo ſe Chriſtus Dominus manducandum nobis tradit, & bibendum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo: eo videlicet modo ſe tradit in hoc Sacramento, vt ipſe integer in manducante &

bibente maneat; & manducans, & bibens in Christo; signum, quia manducauit, & bibit, hoc est, (ait August. Tract. 24. in Ioan.) si manet, & manetur; si habitat, & inhabitatur. Quæ illatio declarat mirabilem modum, quo continetur Christus in hoc Sacramento: & concinnè declarat S. Thomas Aquinas in sequentia, quâ vtitur Ecclesia, dicens: Dogma datur Christianis, quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem; sub diuersis speciebus, signis tantùm, & non rebus latent res eximiæ. Caro cibus, sanguis potus, manet tamen Christus totus, sub vtraq; specie. A sumente non concisus, non confractus, non diuisus, integer accipitur. Sumit vnus, sumunt mille; quantum isti, tantum ille: nec sumptus consumitur. Fracto demùm Sacramento, ne vacilles, sed memento, tantùm esse sub fragmento, quantùm toto tegitur. Nulla rei fit scissura; signi tantum fit factura: quâ nec status, nec statura signati Christi minuitur. Quibus fidei portentis congruit Dauidis vaticinium canentis. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus escam dedit timentibus se. Sed redeamus ad Christi verba: sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: Et qui manducat me,

Ps. 110. 4.

ne, & ipse viuet propter me; Et quartò repetit: Hic est panis, qui de cælo descendit. Et secundò: non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Hic reflecte mecum, Philopiste; quod Patres in deserto manducauerunt manna in fide sub talibus signis Christum futurum credentes; quod testatur Apostolus dicens: nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptisati sunt, in nube, & in mari; & omnes tandem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali, consequentes eos petra; petra autem erat Christus: Hinc igitur deducere oportet, quod alio longè eminentiore modo Eucharisticus cibus, quàm ipsum manna contineat Christum, non per figuram fidei, non tropicè, non spirituali tantum memoriâ; hæc enim omnia & mannæ congruunt; sed cum dicat Christus: Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt: subinfert quod, qui dignè manducant se, habent vitam æternam, cum Christus sit resurrectio & vita; in hoc Sacramento realiter sit ipse Christus, cum dicat: Et

1 Cor. 10. 1.

Io. 11. 25.

qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Collige hinc quàm ritè ſub ſpecie ſola panis Chriſtus detur extra ſacrificiū, cum pluries ſe panem dicat ipſe Chriſtus,
Io.6.64 qui de cælo deſcendit. Sed ad eludendas tam claras ſcripturas ex eodem capite adduces, quod ait Chriſtus: Spiritus eſt qui viuificat; caro non prodeſt quidquam; verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. At quam malè interpretaris notum per ignotiùs! Potiùs per manifeſtiora, interpretor hoc ignotum; vt veritate venerabilis Euchariſtiæ integrâ, dicam; quod caro ſine ſpiritu non prodeſt quidquam; ſed in hoc Sacramento caro non eſt ſine ſpiritu; ideo multùm prodeſt, cum neq; comedatur more carnium mortuarum, ſed modo admirabili, & viuus Chriſtus in cor noſtrum deſcendat ſub ſpeciebus Sacramenti ad communicandum ſuæ paſſionis, & redemptionis meritum, & noſtris culparum languoribus applicandam medelam. Vis autem intelligere quod verba, quæ locutus eſt nobis Chriſtus ſpiritus, & vita ſunt? Quia nimirum hoc efficiunt, quod promittunt, vt verba conſecrationis à Chriſto tradita, dum per Sacerdotem legitimè ordinatum proferuntur ſupra debitam materiam, iam mirabiliter operantur virtute Chriſti, vt

panis

panis triticeus euadat in panem viuum, & vitalem, conuertatur in Chriſtum ipſum; & vinum ex vuis expreſſum, euadat in potum ſanguinis Chriſti, qui cum non detur ſine ipſo Chriſto, ſub eadem vini ſpecie & Chriſtum ipſum continet, vt inde verè tenentes huius veritatem Sacramenti maneamus in Chriſto, & dum Chriſtum ſumimus ſacramentaliter abſconditum, Chriſtus maneat in nobis; & nobiſcum ſit omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi. *Matth. 28. 20.* Hinc optimè ſequitur Euchariſtiam eſſe adorandam ſicuti Chriſtũ Dominum; quia re verâ eſt ipſe Chriſtus: nec faceſſit, quod lateat ſpecie panis & vini; nam vbicunq;, & quomodocunq; eſt Chriſtus, dignus eſt, vt ipſum veneremur, & adoremus: *Hebr. 1. 6.* neq hoc impedit, vt ſe in Sacramento tradiderit manducandum; quia non propterea denegatur nobis, quod ipſe ſic conſtitus non poſſit in tabernaculis ſeruari, in proceſſionibus circumferri, pro infirmis in viaticum dari, & omni reuerentiâ, & obſequio luminum, precũ, adorationum, & eiuſmodi piarum actionũ coli, & amari. Non enim manducatio noſtra facit, vt ſit Chriſtus in Euchariſtia; ſed mãducationi præſupponitur Chriſti præſẽtia, & cultus præuius debetur; ſicut & poſt mãducationẽ deuotio, & gratiarum actio *1 Cor. 11. 29.* quamobrem Apoſtolus indignè acceden-

tibus minatur; & evangelista post sumptionem Hymnum fuisse dictum enarrat; vt scilicet intelligamus, Christum in hoc Sacramento mirabili esse cultu dignũ ante, & post ipsius sumptionem. Has omnes de Eucharistico Sacramento veritates tot in Ecclesia miracula comprobant, quorũ plura adhuc in diuersis orbis terrarum partibus extant munimenta, & signa, vt ingens volumẽ vix in ea suffecerit enarrãda. Verum incredulis omnia incredibilia; quibus & Christus ipse veritatem dicens, fidem non reperit.

Matth. 26. 30.

Io. 8. 16.

PROPOSITIO XII.

Credo item in Sacramento Pænitentiæ remitti peccata post baptismum patrata, si ritè fiat, ut docet Ecclesia. Et in extremæ vnctionis Sacramento culparum reliquias delere.

VT enim supra dictum est Christus Dominus Apostolis dedit hanc facultatem absoluendi, & retinendi peccata, dicens: Amen dico vobis; quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunq; solueritis super terram; erunt soluta & in cælo. Et ex Ioanne: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vbi verba ligandi,

Matth. 18. 10.

Io. 20. 23.

soluendi, remittendi, retinendi : non
iificant meram formam annuntiandi
idonata peccata ex fide, vel ex alio pœ-
entium actu; sed facultatem ipsam à
risto Domino datam Apostolis, eiusq;
itimis successoribus, Sacerdotibus ritè
linatis, vt soluăt, ligent, remittăt, reti-
ăt prout in Dño iudicauerint expedire
o salute animarum æterna. Hanc verò
testatem specialiùs recepit Petrus tan-
iam cæterorum caput constitutum à
hristo, qui illi dixit. Ego dico tibi, quia *Matth.*
es Petrus, & quodcunq; ligaueris super 16. 19.
rră, erit ligatũ, & in cælis. & quodcunq;
lueris super terră, erit solutũ in cælis: Si-
t ergò quando in huius Sacramẽti figura *Matth.*
ssi sunt Discipuli duo asinam alligată sol- 21. 2.
ere, & adducere eam cum pullo ad se;
Lazarum rediuiuum institis manus, &
edes ligatum pariter soluere; reipsâ sol-
erunt, & non annuntiatione solâ indica-
erunt à Christo solutum; ita & hoc ac-
dit in pœnitentia, vt reuera Sacerdotes
hristi Domini authoritate, & iussu sol-
unt, quos per seipsum non vult soluere,
d mediantibus Sacerdotibus. An non
oterat in Lazaro, sicut per se ipsum mor-
s vincula ruperat, ita & vincula manuũ,
pedũ dissoluere? & tamẽ per alios hæc
oluit solui, sed cũ eius facultate, & iussu.
t ita iussu Christi Sacerdotes eius, per

culparum vincula ſolvunt; & non me
nuntiant per fidem eſſe ſoluta. Sed ah S
thanæ vafri verſutia! Doctrinam in E
clesia nouam Hæretici adinuenerunt, qu
niam in ſeipſis cognoſcebant nullam e
poteſtatem Sacramentorum; ideoq; cu
charactere Sacerdotij careant (niſi ſi
Apoſtatæ ex clero Catholicorum) ne
corpus Chriſti verum in eorum cæna co
ficiunt, neq; peccatorum vincula ſoluun
Vnde docent Chriſtum in ipſorum pa
non eſſe adorandum, quia ibi ſcilic
Chriſtus non eſt; neq; peccata eſſe ſpec
ficè confitenda, quia nimirum ad ſe n
ſpectant audiri ſacramentaliter. Et re
Rom. temeritate credulitatis tenentes, per du
16.17. ces ſermones, & benedictiones ſeducur
corda innocentium; quare ait Apoſtol
ad Romanos: Rogo autem vos fratres,
obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offer
dicula præter doctrinam, quam vos did
ciſtis, faciunt, & declinate ab illis. H
iuſcemodi enim Chriſto Domino non ſe
uiunt, ſed ſuo ventri; Deus autem pac
conterat ſathanam ſub pedibus veſtr
velociter. Quibus hæc ſcripſit Apoſtolu
Romanis. Non mirentur igitur hæretic
ſi Romani doctrinam, quàm didicerunt
C ſtrenuè retinent; confidunt enim, quo
tanti magiſtri deprecatio exaudita ſit;

Deus

:us pacis conterat sathanam sub pedi-
s, illorum velociter. Nam & ibidem
e gentium Doctor protestatur de ipsis,
od de alijs Ecclesijs nunquam asseruit,
:ens: Vestra enim obedientia in omnē
:um diuulgata est. Pro extremæ vncti-
is Sacramento audiatur Iacobus in sua *Iac. 5.*
tholica, c. 5. Infirmatur quis in vobis? *14.*
lucat Presbyteros Ecclesiæ, & orent su-
· eū, vngentes eum oleo in nomine Do-
ni, & oratio fidei salvabit infirmum, &
:viabit eum Dominus; & si in peccatis
remittentur ei. Praxis verò refertur à *Marc.6*
Marco, qui de Apostolis ait: & exeun- *14.*
prædicabant, vt pœnitentiam agerēt:
dæmonia multa eijciebant, & unge-
it oleo multos ægros, & sanabant.

PROPOSITIO XIII.

do in Ecclesia Dei esse potestatē Ordi-
, & Iurisdictionis à Christo IESV.

Via sicut Christus dixit Pilato: Regnū
meum non est de hoc mundo; si ex
mundo esset regnum meum, ministri *Io.18.36*
vtiq; decertarent, vt non traderer
æis: Nunc autem regnum meum non
inc. Significans, quòd protunc nole-
temporaliter regnare post resurrectio-
suam Apostolis inquit: Data est mi- *Matth.*
mnis potestas in cælo, & in terra. *28.10.*

Nunc

Nunc itaq; , Philopiste , considera
Christus omnem obtinuit potestatem
cælo, & in terra ; num hoc asserit gra
ne communicaret illam Apostolis ? N
minore pollebat prudentiâ, quam hab
quilibet homo sensatus ? Vir autem
dens, qui tantâ potestate à Deo don
Rom.13 esset, (non est enim potestas nisi à De
quid faceret, si vellet sibi totum mund
subigere ? an non eligeret ex libris p
ticorum illud melius regimen , quod
hunc finem collimat ? meliorum v
Philosophantium consensu ea est mon
chia ; aut si quid disputare velint ; hoc
men omnes concorditer concludunt
vel in Republica libera constituendum
vnum caput præ cæteris. Quæ autē su
à Deo ordinata sunt ; imò & Dei
Ib.11.1. fecta sunt opera. Igitur cum Chri
Deut.31 venerit, vt omnes totius mundi gentes
4. bigeret in diuinæ fidei obsequium; de
succeßiuè per sæcula tale regimen i
tuere, quale decebat Regem regum
Apoc 19 Dominum dominantium. Idcircò
16 gnum Ecclesiæ Christi Regnum Dei
Matth. Regnum cælorum sæpe appellatur ;
3.2.& 4 vniuersale est in tota terra, sicut cæli
18.& 13 rarum orbem circumplectuntur in
Marc. bus ; tum quia ad cælos homines dir
4.11. Et Euangelium regni Dei nuncupa
q

quia per Euangelij prædicationem Chri- *Marc.*
ſti regnum in terris dilatatum eſt. Et ec- 1. 14.
ce Ieſu Chriſti prudentiſſima politia. V- *Matth.*
num caput poſt ſe Petrum conſtituit in 16. 19.
terris veram Eccleſiam, quæ crebrò regnũ *Io.*10.4
cælorum in Euangelio nominatur, cui
ſoli dixit: Tibi dabo claues regni cælo-
rum. Cuius cum ipſe ſit oſtium; profe-
ctò nemo mortalium glorietur ſe ingreſ-
ſum, vel ingredi cui Petri claues oſti-
um non patefaciant; qui enim aſcendit
aliundè, ille fur eſt, & latro. Et ne crede-
remus vanam Chriſti ſponſionem, qui ait: *Ib.v.*18.
Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædi-
ficabo Eccleſiam meam, & portæ inferi
non præualebunt aduersùs eam. Sicut pa-
tet quod nulla Apoſtolorum ſedes tanto
Martyrum ſanguine conſperſa eſt, tantis
tribulationum fluctibus impetita; vti Ro-
mæ Cathedra Petri; ita nullus Apoſtolo-
rum ſucceſſor, ſicut Petri Vicarius, Roma-
nus Pontifex, adeò firmitèr, longè, latèq;
per orbem, & ſæcula regnat. Vt in eo
compleatur quod dixit Angelus ad Ma- *L.* 1.32.
riam Virginem. Et dabit illi Dominus
Deus ſedem Dauid Patris eius; & regna-
bit in Domo Iacob in æternum, & regni
eius non erit finis. Hanc eandem pote-
ſtatem ſui regni dedit Chriſtus & cæteris
Apoſtolis, ſed non ita amplam, ſicuti Pe-

tro

Petro, qui ideo in conſeſſu Ieroſolymæ cum magna conquiſitio fieret de circum-
Act. 15. cisione ſurgens dixit: Viri fratres, vos
7. ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere. Et ideo de nullo Apoſtolorum hiſtoriæ teſtantur, qui tot Epiſcopos per diuerſas mundi partes ordinauerit, ſicut de Petro, & Paulo, qui illi ſe ſocium adiunxit.

Hanc ipſam in terris poteſtatem, quam Chriſtus dedit Eccleſiæ Catholicæ confirmat exemplum primorum fidelium:
Act. 4. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut
34. domorum erant, vendentes afferebant
Ib. c. 5 pretia eorum, quæ vendebant; & ponebant ante pedes Apoſtolorum: In Ananiæ verò, & Saphiræ coniugum fraude S. Petri poteſtatem præ reliquis oportet agnoſcere, qui tanquam primus judex facti, ſententiam protulit damnationis. Prætere-
Matth. rea Chriſtus nos docens modum fraternæ correptionis, inquit: Quod ſi non audierit
18. 17. eos, (adhibitos teſtes) dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit; ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Igitur oportet in Eccleſia recognoſcere poteſtatem à Chriſto traditam ad quam recurramus, & audiendam eſſe teneamus. Hæc autem in terris poteſtas Eccleſiæ ſi ab Apoſtolis

non

ion fuiſſet in ſuos poſteros, & ſucceſſo-
es transfuſa, quomodo prouidiſſet Chri-
ıus perennitati ſuæ Eccleſiæ, dicens: ecce *Matth.*
go vobiſcũ ſũ omnibus diebus vſq; ad cõ- 28.20.
ımmationem ſæculi? neq; dicas quod o-
m Pontifices, & Epiſcopi per Eccleſias
ſæcularibus Principibus conſtitueban-
ır; & idcircò eſſe uſurpationem Eccle-
æ, quod nunc vice verſâ Imperatores à
ımmi Pontificis poteſtate confirmentur.
iam & olim alia fuit ratio electionis Re-
um, & Imperatorum; quid inde? tem-
ora variant ius legitimè ſecundum rati-
num exigentiam. Exquire omnes mundi
rincipatus, & ex infirmis exordijs digno-
es. Sed hoc verè mirabile, quod Petro
iſcatori in eius ſucceſſoribꝰ ſe ſe ſubdide-
it & Principes, & Reges, & Imperatores;
d non ratione procul; nam maius eſt,
uod ſpirituale, quàm quod terrenum;
ut anima præeſt corpori, & ſacra pro-
nis præcellunt dignitate. Et ideo Iſaias
t. Reges videbunt, & conſurgent Prin-
pes, & adorabunt Dominum Deum tu-
n, & Sanctum Iſrael, qui elegit te. Quod *Iſ.49.*
erò in Eccleſiæ primordijs hoc non fue-
t; neceſſitas, non ratio ſic adigebat;
ıa ut ait Apoſtolus: non priùs quod 462.
irituale eſt, ſed quod animale: deinde *1Cor.15*
ıod ſpirituale: ſicut fuit prius natura, in-

de ſtatus legis, ultimò gratia; ita in homine priùs tempore ſenſus regnant, inde ratio; ita in Chriſti Eccleſia priùs dominabatur ſæculum, quia totus mundus erat in vita animali, & ſenſuum indulgentiâ; quando autem fiet, vt omnes homines cognitâ veritate vnius fidei, congregentur vno ſpiritu ad ovile vnum; & vnus erit Paſtor in ipſis. Cæterùm quia omnis mundi Chriſtiani poteſtas in eundem finem tendit, vt homines pacificè dirigantur in Deum per iuſtitiæ opera; tantum abeſt, vt ſæculari Dominationi aduerſetur Eccleſiaſtica jurisdictio; & huic illa; quin potius vt mutuò ſe adiuuent, ſicut Moyſes, & Aaron; dum enim Eccleſia vacat orationi, & miniſterio verbi, & doctrinæ, & religionis, vt proſperè in Deum Reſpublica dirigatur; Chriſtiani Principis partes ſunt hæc eadem gladio tueri, & defendere à malorum hominum iniurioſis incurſibus. Et hinc qui dixit: omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; ut denotaret quod in Apoſtolatu eſt ſublimior poteſtas, alibi dixit: Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Quod enim magis appropinquat Deo, & Chriſto, ſublimius eſt; ſed Eccleſia Catholica religionis titulo, & inſtitutione ipſâ Dominij, magis Deo, & Chriſto

Io. 10. 16.

Rom. 13

1. Cor. 6.

Christo appropinquat, ergò poteſtate ſublimior eſt. Hinc ſeptuaginta duobus Diſcipulis, quos binos miſit ad prædicandum, inter alia dixit: Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me. Et paulò infra: Ecce dedi poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: Hæc ferè eadem teſtatur Matthæus quod Apoſtolus dixerit: Qui recipit vos, me recipit, & qui recipit me, recipit eum, qui miſit me. Et Ioannes latiùs: Qui accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit. De ſe ait: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Poteſtas etiam clauium Eccleſiaſticis cenſuris in contumaces, & reos, & canonicis impedimentis ſtatuendis efficax eſſe deprehenditur ex ijs, quæ narrãtur in biblijs. Quid enim ligare poſſit Petrus in terris, ſi cenſuris non poſſit? Quid excutere etiam puluerem pedum iubentur Diſcipuli in eos, qui ſe non receperint? An pro euitando ſcandalo expedit & oculum proprium, & manum, & pedem abſcindere; & non hoc idem in Myſtico Eccleſiæ corpore? An non hoc eſt retinere peccata, vt referuentur caſus, vt quibusdam culpis

Luc. 10. 16. & *n.* 19.

Matth. 10, 40.

Luc. 10. 22.

Luc. 10. 11.

Matth. 5. 29. & 18. 8.

Io. 20. 23. apponantur censuræ, & maiore difficultate in Ecclesia absoluantur? Ex hoc quippe fundamento Sanctus Paulus incestuosam Corinthum absens iudicauit tradere
1.Cor.5. 5: huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus salvus sic in die Domini N. Iesu
Can.10. Christi. Et inde præcipit, cum eiusmodi nec cibum sumere. Sicut re ipsa tradidit
1. Tim. 1.20. sathanæ Hymenæũ, & Alexandrum hæreticos, vt discant non blasphemare. Et ad
2.Thes. 3. 6. Thessalonicenses ait: Denunciamus autem vobis fratres in nomine D. N. I. C. vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm tradi-
Can.14. tionem, quàm acceperunt à nobis: & infra. Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite, vt fratrem. Et ad Titum: Hæreticum hominem, post vnam & secundã correptionem deuita: Sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit; cum sit proprio iudicio condemnatus. Quare proprio iudicio condemnatus? quia non vtitur iudicio in obsequium fidei, probans ratione fidem, quæ præsupponi debent rationi nostræ; sed adinuenit suâ rati-
Tit.3.18. one fidem, cui adhæreat, & ita opini-
Io.9.22. onem habet proprij judicij; non fidem Diuinam; qui autem non credit, iam judi-

catus est in damnationem. Et si hanc puniendi facultatem habuit ipsa Synagoga, quantò præstantiùs Ecclesia Christi? & 51. 42.

Quoniam verò contrariorum eadem est ratio, si potestas Ecclesiæ ad pœnas peccantium se extendit, quid denegemus, proficuè ad indulgentias impertiendas non posse exerceri? Quales culparum remissiones, indulgentias, priuilegia, & gratias à Christo receperunt Apostoli? His verò dictum est gratis accepistis, gratis date. Hinc Apostolus. Cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à sathana. Porrò authoritas Petri esset imperfecta ligandi, & soluendi; si contumaces pœnis, punire, bonos autem præmijs cælestibus donare non posset. Cùm Christus præcipuè Pastoribus Ecclesiæ mansuetudinẽ demandauerit, & mitem in condonandis culpis, & pœnis voluntatem potiùs, quam seueritatem, & rigorem. Praxis tandem sedecim sæculorum, quibus concilia Oecumenica summorum Pontificum authoritatem præsetulerunt, vt pro legitimis haberentur; mirificè potestatem Ecclesiastici juris confirmat; sicut & ad hæc vsq; tẽpora dispensationes Matrimonialiũ, gratiæ sentẽtiæ, oracula, & priuilegia, quæ egitur ex curia Romana per totum Christianũ Matth. 10. 8. 2. Cor. 2. 10.

orbem fiunt, ſtylo conſueto, & valdè antiquo, vt conſtat ex vetuſtiſſimis monumentis, legitimam hæreditatem Chriſti in ſuos Vicarios probant, pro qua & Sancti Petri Patrimonium Geographi ipſi conſtituunt. Et ſummo Sacerdotio veteris Teſtamenti ſucceſſit pro quo in Deut. c.17. dicitur: Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille. Quod verò ſpectat ad poteſtatem ordinis, cum affirmet
1. *Cor.* S. Paulus, quod in Eccleſia Dei neceſſe eſt,
12. 4. eſſe diuerſa miniſteria, dicit etiam quod in
n. 28. ter ipſos Deus poſuit, primum Apoſtolos:
& *Rō.* inter Apoſtolos verò Petro Euãgeliſtæ pri-
13. matum concedunt. Matth. 10. 2. ait; Pri-
& *Eph.* mus Simon, qui dicitur Petrus. Marcus c.
5. 5. 3. 16. Luc. 6. 14. Act. 1. 13. primo loco nominant. Quod autem eſt primum in aliquo genere, eſt menſura cæterorum; igitur & ſucceſſores Apoſtolorum, cuiusmodi ſunt Epiſcopi, eum inter ſe ordinem habent, & poteſtatem, quæ habebant Apoſtoli; & ſic Petri ſucceſſor primatum inter ipſos obtinuit; qui ergò in legitima Chriſti Eccleſia ſe eſſe tenent; probent ſuam legitimam ſucceſſionem continuam per aſcenſum vſq; ad Apoſtolos; alioquin in vera Chriſti Eccleſia non erunt, ſed ab

ea

ea defecisse constabit; sic defecit Lutherus, Caluinus, Zuinglius, Arrius, & alij, quos sectarij pro Reformatoribus agnoscunt; & à nemine legitimè missos, receperunt. Apostoli ergò quoniam erant primarij Diuinæ fidei promotores habuerunt à Christo pleniora charismatum dona, vt & in reliquos successores authoritatiuè transfunderent in virtute Christi; quidquid ad commodum, & vtilitatem Ecclesiæ regendæ faceret; nam priuilegia spectantia indiuiduas personas Apostolorum, patet non esse transfusa; & sic ers Christus dixit: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: & in cænæ institutione constituens eos Sacerdotes; ait: Hoc facite in meam commemorationem; & laureâ Doctoratûs eos insigniens, inquit; euntes ergò docete omnes gentes. Docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Et aliàs munus prædicationis commendans: dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent; & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et vt deueniret talis Ecclesiæ potestas ad nostras tempora Apostoli alios ordinabant per manuum impositionem, ad ministeria diuersa, vt patet de septem Diaconis; & Timoteo ait Paulus: Noli negligere

Io. 20. 22. *Luc. 22.* *Matth. ult.* *Luc. 9. 1* *Act. 6.*

gratiam,

1. Tim. gratiam, quæ est in te, quæ data est tib
4. 14. per Prophetiam, cum impositione manu
1. Tim um præsbyterij. Cui pariter dicit: Ma
5. 22. nus citò nemini imposueris. Et aliâ vice
Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei
quæ est in te, per impositionem manuum
2. Tit. mearum. Et ad Titum scribit: Huius re
1. 6. gratiâ reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desun
corrigas, & constituas per ciuitates pre
sbyteros, sicut & ego disposui tibi.

PROPOSITIO XIV.

Credo Matrimonium esse vnum ex septem Ecclesiæ Dei Sacramentis.

Gen. 2. MAtrimonium enim authoritate Diui-
28. nâ institutum, confirmatum, & resti-
Matth. tutum à Christo sicut fuit in principio, per
19 15. Apostolum expresse venerabile celebra-
Marc. tur, dum inquit: Propter hoc relinquet
10. 7. homo Patrem, & matrem suam, & adhæ-
Ephes. 5 rebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna
31. Sacramentum hoc magnum est; ego au-
tem dico, in Christo, & Ecclesia. Et Chri-
stus. Quod Deus coniunxit, homo non
separet. Mirum ergo est, quod Sectarij;
qui adeò præsumunt insistere sacris biblijs
ad literam; Sacramentum hoc vnicè ex-
pressum in ipsis, non solum, & vnicum
pro Sacramento, agnoscant. Nam neq;
duo, neq; septem expresse Sacramenta in

scriptu-

ſcripturis numerantur; ſed ſeptem nos eſ-
ſe docet & traditio, & Eccleſiæ authori-
tas, & ſcripturarum allata deductio. In
vno quoq; enim ex prædictis, eſt inuenire,
quod ſit, inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum;
& habeat omne, quod ad conſtituendum
Sacramentum requiritur, vt fuſius Theo-
logi. Sed quoniam excæcauit illos malitia *Sap. 2.*
eorum, ideo & neſcierũt Sacramenta Dei. 22.

PROPOSITIO XV.

Credo Sanctorum Communionem.

HAnc Sanctorum Communionem pri-
mò confiteor in participatione Sacra-
mentorum, quibus recipimus per gratiam,
& fructum redemptionis D. N. I. C. & Sã-
guinis ipſius applicationem animabus no-
ſtris. Per hæc enim efficimur vnum cor-
pus Eccleſiæ, quod ab vno ſpiritu anima-
tur in fide, ſpe, & charitate; vnde ait Pſal-
tes: Particeps ego ſum omnium timenti- *Pſ. 118.*
um te; quantò magis amantium? Et S. 63.
Paulus: particepes enim Chriſti effecti ſu- *Hebr. 3.*
mus. Et aliàs apprecatur. Gratia D. N. I. 14.
C. & charitas Dei, & communicatio S. *2. Cor.*
Spiritus ſit cum omnibus vobis, Amen. 13.

Cultus & interceſſio Sanctorum.

Secundò dico hanc communicationẽ eſſe
tiam inter eos qui ſunt in via militantes,
& inter eos qui ſunt in Patria cæleſti tri-
umphantes; ita ut & nos vtiliter Sanctos

Dei

Dei electos inuocemus, & precibus n
ſtris flagitemus ab illis auxilium, tanq
à Dei amicis; & illi nos viciſſim ſuis m
ritis, & interceſſione plurimùm iuuen
Patet: nam fidelium viuentium in terra i
Act.12. 5. uant preces mutuò; quare pro S. Pet
in carcere detento fiebat oratio ſine inte
2. Theſ. 3. miſſione ad Deum ab Eccleſia; & S Pa
lus ſeſe Romanorũ Theſſalonicẽſium,
Coloſ. 4. 2. Coloſſenſium precibus commendat. Sic
& iuſſu Dei Iob orauit pro amicis. dicit
Rom.15 30. enim Iob autem ſervus meus orabit p
vobis, faciem eius aſpiciam, vt non vob
Iob. 42. 7. imputetur ſtultitia. Quid ergò in cæl
Deus Sanctorum ſuorum faciem non aſp
ciat? & ſi militantes in terris iuſſi ſunt
Iác. 5. 16 Iacobo orare pro inuicem in ſalutem
triumphantes in cælis ſecuri de ſalu
propria, nihil de noſtra erunt ſolliciti, q
1. Cor. 12. pleni ſunt charitate? non ſit Schiſma
corpore, ſed id ipſum pro inuicem ſollic
ta ſint membra; ait gentium magiſter
Quantò magis de corpore ſollicita ſu
illa membra, quæ magis à ſpiritu viui
2. Petr. 1. 15. cantur in Patria? ideò ait Petrus in ſ
cunda: Dabo autem operam, & frequen
ter habere vos poſt obitum meum, v
horum memoriam faciatis. Veteris ver
teſtamenti precatores ſæpe Abraham, Iſ
ac, & Iacob tanquam Dei amicos interp
nebant.

ebant. Machabæus etiam ex Onia audi- *Mach. vlt.*
iuit, quod Ieremias Proph. Dei multũ o-
t pro populo, & vniuersa Sancta Ciuita-
. Vidit etiam Ioannes ante Thronũ Dei *Apoc.5. 8.*
ginti quatuor seniores, pronos coram
gno, habentes cytharas, & phialas aure-
plenas odoramentorum, quæ sunt ora- *Ib. 8.3.*
ones Sanctorum. Et rursus vidit; quod
ius Angelus venit, & stetit ante altare
bens thuribulum aureum, & data sunt
i incensa multa, vt daret de orationibus
nctorum omnium super altare aureum,
od est ante Thronum Dei; & ascen-
fumus incensorum de orationibus San-
orum de manu Angeli coram Deo. Ne-
e inferas in cultu Sanctorum idolola-
am; nam Dei Sanctos colimus, & ve-
amur vt amicos Regis altissimi; & vt
tronos nostros cognoscimus, non vt
um, aut Diuinitatem aliquam in se ha-
ntes; sed vt à Deo priuilegijs donatos
quã fidissimos aulicos curiæ Cælestis;
nos suis meritis, & intercessione læti-
nt. Quare tu homines salutas, & ve-
aris? quia scilicet in ipsis est imago SS. *Gen.9.6*
nitatis; ad imaginem quippe Dei fa-
est homo: ideo diaboli, & damnati
o sunt honore digni, quia in culpa
rmati omnem Dei imaginem deleue-
. Cum ergo electi Dei spiritus, & ani-
iustorum in cælis, & Sancti omnes

expreſſiùs characterem ſummi Monarc
præferant, maiore ſunt reuerentiâ dig
quantò magis per gratiæ confirmation
accedunt ad Diuinam viſionem. Et l
notione in Eccleſia eos colimus. In
Sanctos recognoſco cum S. Dionyſio
reopagita nouem ſpirituum choros;
Angelos, & Archangelos ſæpè ſcript
teſtatur: Cherubim, & Seraphim men
onem Iſaias facit cap. 37. 16. & cap. 6
& alij. Thronos, Dominationes, Prin
patus, & poteſtates Paulus comemorat
Coleſſen. 1. 16. virtutes cælorum Mat
cap. 24 29. Item ad Epheſios aſſeri
Chriſtus in cæleſtibus ſupra omnem Pr
cipatum, & poteſtatem, & virtutem,
dominationem S. Greg. hom 14. in Eu

Purgatorium, & Precum Suffragi

TErtio dico etiam communionem S
ctorum extendi animabus, quæ in p
gatio detinentur. Pro qua re ſuppono
ſtentiā purgatorij ut definit concil. Flo
Cum enim in Patriam cæleſtem null
coinquinatū introeat; multi autem Cl
ſti fideles de hac vita decedant cont
quidem, ſed qui de peccatis non egeru
pœnitentiam condignam, aut leuiori
culparum maculis detineantur, quibus
debetur Gehenna ignis æterni, ſequi
debere aſſignari locum expiatorium
eiusm

ısmodi culpis, & perficienda pœniten-
; dicit enim Christus peccatum in *Matth.*
iritu Sancto neq; in hoc, neq; in altero *12. 31.*
culo remitti; supponit ergò quædam
c peccata, quæ remittantur in altero
culo, vt si quis in hac via non sit cito
nsentiens; post obitum tradatur in car-
rem, vbi soluat, vsq; ad nouissimum
adrantem. De hoc purgatorio inter-
etantur Apostolum dicentem: Vnius- *Matth.*
iusq; opus quale sit, ignis probabit; si *5. 25.*
us opus manserit, quod superædificauit, *Luc. 12.*
ercedem accipiet. Si cuius opus arserit, *58*
trimentum patietur; ipse autem saluus *1. Cor. 3.*
t; sic tamen quasi per ignem. De his
gò ait S. Ioannes. Qui scit fratrem su-
ı peccare peccatum non ad mortem,
tat, & dabitur ei vita peccanti non ad
ortem. Est peccatum ad mortem, non *Io. 5. 16.*
o illo dico, vt roget quis (nam pro da-
atis orare non licet.) Et idem in Apo-
lypsi audiuit omnem creaturam, quæ
cælo est, & super terram, & sub terra
tentes: sedenti in Throno, & Agno;
nedictio, & honor, & gloria &c. Patet
rò, quod neq; diaboli, neq; damnati be-
dicunt Domino; ergo sub terra sunt
imæ iustorum, quæ Domino benedi-
nt; dum expiant contractas in hoc sæ-
lo labes; in altero remissibiles. Dica-
mus,

2 Mach mus itaq; cum fortissimo Iuda Machabæ
12.42. Sancta ergò, & salubris est cogitatio p
defunctis exorare, vt à peccatis soluantu

PROPOSITIO XVI.

Teneo etiam cultum sacrarum reliqui rum, & Imaginum.

QVando enim prohibuit Deus, ne fi
rent sculptilia vt colerentur; vti
Exo.20. prohibuit cultum idolorum, qualem h
5. bebant Ethnici, qui vel in statuis, & im
3. Reg. ginibus Diuinitatem quandam vener
6.32. bantur; vel saltem referebant eas ad
biecta, quæ erant prorsùs omni vener
tione indigna, vt ad Iouem, Saturnum
Venerem, & reliqua huiusmodi. Rel
quùm constat, quod iussu Dei facta fu
2.Par.3 Arca Testamenti, & propitiatorium,
Exod. in eo duo Cherubim aurei, & productil
25.18. ex vtraq; parte oraculi, qui se mutuò ve
sis vultibus super Arcam expansis alis, r
Hebr.9. spiciebant. In Arca enim erant tabul
testamenti, mannæ vasculum, & virg
Aaron, quæ fronduerat; & quidquid a
tabernaculum, & templum spectabat, sen
per habitum fuit in magno honore apu
Israelitas; vt panes Propositionis, velu
sanctuarij, an erant propterea idololatræ

quod

ıod hæc venerabantur propter Diuinũ
ıltum? an non & circa ipſa animalia,
ıæ ſacrificabantur magnâ ſtabant reue-
ntiâ, deuotione, ex hoc ſcilicet motiuo,
ıod futuri erant figuræ, & dirigebantur
Deum? non ſecùs & ſalubriter Moyſes
ei mandato ſerpentem æneum extulit *Num.21*
ſignum, in quem reſpicientes ſanaban- *8.*
r. Salomon verò & citra culpam in *3.Reg.7*
mplo duodecim boues ſculptos repo- *25.*
t, & Cherubim, & Leones, & palmas,
aſi in ſimilitudinem hominis ſtantis.
d quid dicàm de SS. Patribꝰ & Prophe-
, qui non modo Sacra Biblia, Templum,
Aras venerabantur; ſed perſæpe ſub
ıerſis figuris Deum ipſum colebant, ſi-
ti Deus ipſe ille ſeſe manifeſtare digna-
tur? Quod quidem & Ioannes in Apo- *Apoc.5.*
lypſi facit, qui Chriſtum ſub typo Agni
lit à viginti quatuor ſenioribus adora- *Io.1.32.*
alter verò Spiritum Sanctum in ſpecie
umbæ. Et quatuor animalium ſimilitu-
ıe quatuor Euangeliſtas Ezechiel, & Io- *Ezech.1*
nes præfigurant; an propterea ſicut hic
cælum introducit, & Chriſti fideles in *Apoc.4.*
npla, inferet aliquis, quod in Eccleſia
riſti veneramur & aquilas, & leones,
boues, & columbas? Ridiculum pro-
tò, quod quis putet, à nobis & gallum,
aſinum coli, & diabolum ipſum, quo-
niam

niam illum ad Petri negationem vide depingi, alium ad præsepe Domini; hui verò sub S. Michaelis Archangeli pedibus. Sed sana Catholicorum mens est, iudicium; vt exterius repræsentata discenant, & sanctâ discretione, quod est summè colendum, summè colant; quod ali dignum est honore, pariter in eum finem honorent, in quē omnia referuntur, quo est etiam contemnendum, contemnant prout ipsa pictura significatur. Sic docet

Matth. 5. 34. Christus, non iurare omninò, neq; per cælum, quia Thronus Dei est; neq; per terram, quia scabellum est pedum eius; neque Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis: & ita infert proter Deum his rebus inanimatis habendum esse respectum, & honorem; quantò magis imaginibus, & reliquijs, quæ aut ipsum, aut suos charissimos amicos repræsentant? nimirùm Principum terrenorum, imò amicorum, coniugum, filiorum icones habentur in pretio, & seruantur; Dei verò, Christi, & B. Virginis, cæterorumq; Sanctorum memoriæ sint contemnendæ? Absit; vt ea media,

4. Reg. 13. 20. per quæ Deus dignatur suo populo gratias, & miracula impertiri frequentia, non

Matth. 14. 36. veneremur. Ossa Elisæi Prophetæ contactu cadauer rediuiuum reddiderunt; fimbria vestimenti Christi infirmos latè sanabat.

sanabat. Vmbra Petri hoc ipsum præsta- *Marc.* 6.56.
bat. Et sudaria, & semicinctia Pauli dela- *Act.* 5.
ta super languentes, & energumenos sa- 15.
lutem afferebant. Quid denegamus sacris *Act.* 19.
reliquijs, & imaginibus, quæ aliquid plus 12.
nobis designant, quam umbra, & vesti-
mentum? scio quod multa in hoc ge-
nere effingunt risu explodenda Hæretici;
sed quid immoror mendacijs, atque calu-
mnijs? veritatem rerum inquirant, de i-
psa sine felle dijudicent. Certum est enim,
quod ita sacras imagines, & Sanctorum
deposita tractauerunt, qualiter nec sibi fi-
eri vellent post fata ipsorum. Vellentne
suas imagines à popello dilacerari, aut
per manum carnificis comburi, aut cada-
uer proprium honorificè sepultum turpi-
ter exhumari, canibus tradi, aut asini se-
pultura tumulari? Et quare hæc in cæli-
ciues redegerunt ad praxim? estne
id amoris in Deum, & Sanctos indicium?
an non tenemur amare proximum nostrũ?
quantò magis electos Dei, & Christi con-
sortes in cælo Beatos? contemptus verò,
qui fiat uni minimo, Christo Domino in-
fertur. Quidquid ergò ad Deum refertur,
& appropinquat, eâ est honoris, & amoris
mensurâ prosequendum, quà magis, vel
minùs ad ipsũ appropinquat, & refertur. *Dan.* 5.
Hinc contemptus etiam vasorum sacrorũ

fuit in Balthaſare punitus. Quanta pori
ſit vtilitas, quod has ſacras memorias pr
oculis noſtris habeamus, inde intelligim
quod frequentiùs in pios religionis aff
ctus nos excitant; menti ſuggerunt M
ſteria pro nobis perpetrata, exempla H
roica, & huiusmodi alia. Profectò nec
ne Phantaſiæ imagine Deum ipſum à n
bis coli melior Philoſophia demonſtra
quid ergò timeamus exteriùs imagines v
ritatis repræſentari, vt interiùs crebri
imago reformetur, ſub qua memores
mus frequentiùs deuotionis, atq; pietati
Dan. 6. 10. ita etiam Daniel in captiuitate de fen
ſtris apertis in cænaculo ſuo contra I
ruſalem tribus temporibus in die flecteb
genua, & adorabat. Quia nimirùm te
plum ipſum in ſignum majoris recorda
onis reſpiciebat, in quo ſibi complaceb
Deus adorari. Et hoc accidit etiam i
temporibus, vt magis in hac, vel illa E
cleſia; per hanc, vel illam imaginem C
cis, B. M. V. vel alicujus ſancti, per h
vel illas reliquias; quàm per alias ma
feſtet ſuas gratias, & prodigia. An nō &
naturæ Author magis ſe communicat
quasdā terræ fodinas, in quib9 aurū, vel
gētū reperitur, quā per alias partes, in q
b9 ſaxa, & arena? idcircò vtiliter, & reli
osè Chriſti fideles venerantur imagines
cra

cras, atq; reliquias sanctorum, & eo præcipuè confluunt, quo audiunt mirabilem esse Deum in sanctis suis, ut adorent scabellum pedum ejus, quia sanctum est. Sed ô sathanæ versutia! tollit ab hæreticis Missæ sacrificium, Sanctorum inuocationem, Eucharistiæ veritatem, imaginum venerationem, reliquiarum cultum, Processiones, cruces, cæremonias Ecclesiasticas, vt minùs religiosis actibus occupati, cum ista videntes execrantur, properantiùs omnem Dei cultum, & religionem in ipsis aboleat.

Ps. 67. 36.
Ps. 98. 5

PROPOSITIO XVII.

Credo tandem quidquid docet Sancta Mater Ecclesia Catholica.

CVm enim reuelabilia, & credibilia sint numero infinita; & in sacris Biblijs tot sint propositiones de fide, quot ibi enunciantur; sint etiam plurimæ obscuræ intellectu, & quæ deprauari possunt; nisi me referam ad aliquod vivum, certum & infallibile principium, quod mihi sit pro interprete, judice, & regulâ, vt securò incedam; expositus essem continuis errorum periculis, natans sine cortice; sine pyxide magnetiga, sine gubernaculo, sine magistro ad naufragium certissimum navigans. Quid ergò me potiùs debeam sub-

2 Petr. 3. 16.

ijcere Anglicano Parlamento, aut Hol landiæ statuum congressibus, aut cuicunq alteri potestati sæculari, & recentis me moriæ, & non potiùs Ecclesiæ Romanæ & Petri legitimo successori? huic enim Ecclesiæ aliquando omnes consenserunt & singulæ; vt constat ex historijs; quo si non omnes modo illi adhærent, & con sentiunt; at plures adhærent; at aliæ de fecerunt ab ipsa; quid igitur me defecto ribus coniungam? an quia se se reformat fide reformauerunt in moribus? at no video istos reformatos meliores esse, quàm fuerint primi ipsorum Patres, qui fidem susceperunt Romanam, sed multò deter ores considero & moribus, & vitæ licen tiâ. An quia Ecclesia Romana falli potuit & defecit? sed cur non aliæ potiùs? a reperio, quod pro ipsa eiusq; infallibilitat diuersæ scripturæ militant; pro alijs Ec clesijs non reperio. Defecerunt ab ips illæ, pro quibus non est oratum à Christo ne illarum fides deficeret; sed pro Petr Christus precatus, ne deficeret fides eius sed aliquando conuersus suos fratres con firmaret; obligat me maximè, vt sub ill us vmbra tutissimè requiescam.

Luc. 22. 32.

CONCLVSIO

EGo igitur, Philopiste, sic sentio. Vnu

in

n Triade numen adoro, (p. 1.) omni-
ım Deum Creatorem; (p. 2.) qui cum
leperditum culpâ hominem (p. 3.) mi- Gal.44.
ericorditer ad se reuocare voluerit, misit
ılium suum factum ex muliere, factum sub
ege, vt suæ passionis, & mortis pretio nos Ps.87.5
iberaret à mancipatu culparum. (p. 4.)
nde ergò factus, sicut homo sine adjuto- Eph:4.8
io, inter mortuos liber, ascendens in Ps: 67.
ltum captiuam duxit captivitatem, de- 19.
it dona hominibus; (p. 5.) Resurrectio-
e suâ, & triumpho in cælos, spem nostræ Ps.97.9
esurrectionis, & exaltationis viuifi- Matth.
ans; vt cum ad judicandum venerit Or- 25.46.
em terrarum in justitia; ituri sint ma-
in supplicium æternum, justi autem in
itam æternam. (p. 6.) Sanctum verò
piritum à Patre. Filioq; procedentem. (p.
.) Ecclesiæ Catholicæ ita præesse credo,
t vnam constituat, & sanctam, & infalli-
ilem, & in terris visibilem, & quæ pe-
re non possit: (p. 8.) Cujus & Caput,
: traditiones, & Scripturas, & Concilia,
: documenta, & Sacramenta teneo; (p.
) Vnum Baptisma pro omnibus; &
onfirmationem. (p. 10.) Vnum sacrifici-
m Missæ incruentum pro vivis, & defun-
is fidelibus; idem & verum corporis, &
nguinis Domini Sacramentum. (p. 11.)
œnitentiam in remissionem peccatorum

post

post baptisma commissorum: simul & extremæ vnctionis saluberrimum vsum: (p. 12.) Noui etiam in hac Ecclesia, ordinis, & jurisdictionis potestatem in traditis à
1.Cor.7. Iesu Christo clauibus regni cælestis; (p.
10. 13.) In Matrimonio autem insolubilem Iesu Christi cum sua Ecclesia sponsa contractum, quo præcipit, vxorem à viro non discedere; & vir vxorem non dimittat. (p. 14.) Sanctorum quoque consortio frui gestio, propter quod & Cælicolis cultum, & purgatorij animabus suffragia fero; vt hinc retributionis spem foueam; illinc intercessionis fructum excipiam. (p. 15.) Reliquias etiam ipsorum, & sacras Icones veneror eo cultu, quo mente feror ad Archetypum ipsis expressum. (p. 16.) Et vt paucis omnia, quæ credo, cõplectar; quidquid Catholica docet Ecclesia, totum ad amussim profiteor, & firmiter credo. Nunc te, Philopiste, mei judicem appello; ita ego credo, & sicuti credo, sic operor;
Iob. 14. hæc est spes mea in sinu meo, quæ fide in-
26. calescit; & sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi àërem verberãs,
1.Cor.9. sed castigo corpus meum, & in seruitutem
26. redigo: & si quid mali propter infirmita-
Act.20. tem carnis meæ perpetro, pœnitentiâ di-
24. luere satago; nec facio animam meam pretiosiorem, quàm me; non parcens in

quopi-

uoqiam mihi; dummodò consummem
ırsum meum. Nunc inquam te judicem
ıci volo, Philopiste; dic sodes; ita cre-
entem condemnas? ita ex fide me viven-
m adjudicas perennibus gehennæ tor-
entis? si sic me condemnas. Infelix ego
omo; qui portaui jugum ab adolescentia
ea, subdens me non modo Dei, & Eccle-
e præceptis, sed votorum vinculis, &
gularis vitæ rigoribus! siccine me da-
nas? at quamobrem? credidi vniuersa-
ora fidei dogmata, sententias à plurium
Doctorum, & populorum scriptis, &
nsensu approbatas; cor meum millies
cutatus sic credendum reperi, sic tutiùs
vendum, sic moriendum securiùs; & fe-
quod scivi, & potui; & sic facio, & fa-
ım, vt scio, & possum; & tamen tu me
ndemnas? si ergo in hac vita tantum in
hristo sperantes sumus, qui propter ipsũ
nnia reliquimus; nosmetipsos abne-
ntes, ab omni voluptate sæculi ab-
nemus, miserabiliores sumus omni-
s hominibus. Si verò me approbas
credentem, & juxta quæ credo, ope-
ntem; quare & tu similiter non credis,
agis? quid times de te, quod neque tu,
que ego de me ipse timeo? si aliter,
que ego, credis; te ipsum examina;
od profectò aliter atq; ego, operaris.
Con-

Thr. 3. 27.

1Cor.15 19.

Confide te mihi intùs, & in cute; ficut &
tibi hoc libello meipfum confidi: & au
Jo.3. 20 dies de te fententiam. Qui malè agit
odit lucem, & non venit ad lucem, vt no
arguantur opera ejus. Si quid ergò i
corde tuo latet, quod manifeftum nolis
vide cuius fidei fit opus; & cuius non vi
me judicem, teipfum & mei, & tui renun
tio; fed ad diem Domini. Si de tua cauf
confidis; fequere: bene crede; vive, v
credis. Ego enim jam delibor; vt, cu
tempus refolutionis meæ inftat, cum A
2. Tim. 4. 6. poftolo dicere poffim: Bonum certame
certaui, curfum confumaui, fidem fervavi
In reliquo repofita eft mihi corona jufti
tiæ, quam reddet mihi Dominus in illa di
juftus judex.

ARGVMENTVM VI.

De Origine Fidei.

PROPOSITIO I.

DEVS ante omnia.

Prou. 8. 22. Ps. 73. 12 DEVS ab Æterno Monas in Triad
fubfiftens, fimplici intelligentiâ i
feipfo cõprehendit omnia. Et i
Rom. 4. 17. his eorum oppofita novit, & quæ non ef
poffunt hoc aliquid. Voluntate verò f
decrevit ea fieri & effe, in quibus fibi con
placuit; difponens ante fæcula res vn
verfa

versas in numero, pondere, & mensura Sap. 11. 21.
futuras, quemadmodum ipsis erat conueniens. Æternitate circumsepsit Ævum, & Tempus; & quidquid ejusmodi durationes metiuntur, scientiâ visionis fieri comprobavit. Rebus modum imposuit, quo essent, & agerent; & quamquam mentium libertas quomodo cum æterna vel Deliberatione, vel Providentia connectatur; humanum captum difficultatibus excedat, neque par sit ad Prædestinationis arcanum penetrandum aut mediæ scientiæ ratio, aut Decretorum methodus, aut quævis alia Scholasticorum sententia; hoc tamen profectò evenit; vt & Divina fides locum meritis præbeat; & Theologica disceptatio sapientibus, & insipientibus satisfaciat. Sic ergò ante Mundi constitutionem & Deus, & in Deo rerum omnium Idæa, Eph. 1. 4.
erat, & series; nec quicquam aliud erat, quam ipse Deus Æternus, Omnipotens; præter quem penitùs Nihil erat.

PROPOSITIO II.

Mundi Creatio.

VT verò magnificentiam suam à sæculis sempiternis ostenderet Deus; & bonitatis suæ divitias alijs communicaret intelligentijs; quod ab æterno decre-

Eccl. 18. 1. creverat, liberè in tempore præstitit; nam ex nihilo creavit omnia simul, quæ
Gen. 1. mundi ambitu continentur, tanquam in vno rerum omnium capacissimo loco. Tunc cœpit à Cœli motu tempus, quod inferiora dimetitur; & naturæ primigenia elementa tenebris circumfusa sui Opificis providam in dies legem præ-
Sap. 11. 18. stolabantur. Hoc fortè Chaos, fuit prima, & invisa illa Materia; ex qua rerum species in Orbem Terrrarum Deus invexit. Prima itaq; sæculorum die lucem vndequaq; splendescere jussit; quam mox die quarta luminaribus annexuit, quæ fecit in Firmamento Cæli, Solem, Lunã, & Stellas; vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos: Lucem esse defecatissimum ignem, qui Solem in Centrũ sui præcipuum habeat, Græci Patres affirmant, Ecclesiastico scribente: Sol in
Eccl. 43. 2. aspectu annuncians in exitu, vas admirabile, opus excelsi. In meridiano exurit terram; & in conspectu ardoris ejus quis poterit substinere? fornacem custodiens in operibus ardoris; tripliciter Sol exurens montes; radios igneos exsufflans, & refulgens radijs suis obcæcat oculos.

PRO-

PROPOSITIO III.

Creatio Angelorum.

VNâ simul cum luce in Supremo Cæ-
lo; quod Empyreum & immobile di-
unt; mentes plurimas, seu intelligen-
as, quas Angelos, & spiritûs appella-
ius, fuisse à Deo creatas docet S. Au-
ustinus: Plurimas inquam; quis enim
larum numerum definiat? quem Daniel *Dan. 7. 10.*
ptim obumbrat, dicens: Millia milli-
n ministrabant ei, & decies millies cen-
na millia assistebant ei. Cum verò
lla mens creata beatæ uisionis consors
apte naturâ esse possit, vt Angeli tan-
dignarentur mercede, ad viam meri-
rum expositi divinam assequuti sunt
atiam, propterquam deliberatione per-
enire possent ad præmium. Et quoni-
n præviderat Deus in æternitate pec-
tum, quod honori suo maximè obstat
iamquam cogitaverat, meliùs esse, per-
ittere mala, vt essent bona; quàm, vt
npedirentur mala, nullum decernere
tra se bonum: tamen protinùs Deho-
stationi criminum opposuit Divinæ
carnationis remedium, quo latè com-
nsabatur honor, quem culpa offende- *Prou. 16 4.*
t. Vniuersa enim propter semeipsum
eratus est Dominus; qui inde in alios
fines

fines eadem disponit. Sic ergò propte suum honorem quacunq; culpâ læsun decreverat Deus filius carnem assumer humanam, quod opus fuit justitiæ; sec inde, vt à mancipatu Diaboli simul re dimeretur homo, fuit misericordiæ be neplacitum. Porrò Angelis viatoribu Dominicæ Incarnationis Mysterium in fidei ænigmate ostensum existimem, v ipsi etiam per Iesum Christum conseque rentur fælicitatem æternam Accedit, quod hæc est divinæ fidei natura, vt in ipsa Mysterij revelatione obscuritatem præseferat; nam si revelarentur omnia circa id, quod revelatur; Mens creata subijcere sese in revelationis osebquium non pateretur difficultatem. Ostensum est igitur Angelis Divinæ Incarnationis Mysterium, ut intuitu fidei claram promererentur Dei visionem; affirmante Apostolo: quod Deus, cum iterum introducit Primogenitum in Orbem terræ, dicit; & adorent eum omnes Angeli ejus.

Hebr.1. 6. ex Ps.96 8.

PROPOSITIO IV.

Lapsus Diaboli, & Malorum Angelorum.

VErùm cum Angelorum supremus seipsum contemplatus, naturæ suæ excellentiâ superbiret; & in suum obtutum plurium mentes ad complacentiam sui

conci-

oncitaret ; absurdum putavit, eum qui Hebr.2.9.
nodico, quam Angeli, minoratus est hu-
nanæ carnis assumptione, gloriâ, & ho-
iore à dextris Dei coronari. Propte-
ea Divini Throni præcellentiam appe-
ens dicebat in corde suo: in cœlum Isa. 14. 13.
onscendam, super Astra Dei exaltabo
olium meum, sedebo in monte Testa-
nenti, in lateribus Aquilonis: ascendã
uper altitudinem nubium, similis ero
Altissimo. E contra Michàél clamabat.
Quis vt Deus? & factum est prælium Apoc.12 7.
nagnum in cælo; Michàél, & Angeli e-
us præliabuntur cum Dracone, & Dra-
o pugnabat, & angeli ejus: & non va-
uerunt, neq; locus inventus est eorum
mplius in cælo: & projectus est Draco
lle magnus, serpens antiquus, qui vo-
atur Diabolus, & Satanas; & projectus
st in terram, & angeli eius cum illo Ibid.n.4
nissi sunt; & cauda ejus trahebat terti-
m partem stellarum cæli, & misit eas
n terram. Deus verò, qui in angelis su- Iob.4.18
; reperit pravitatem, tum in centro ter-
æ inferni gehennam constituit; & omnis
psorum prævaricatio, & inobedientia Hebr. 2 2.
ccepit justam mercedis retributionem;
deo inquit Isaias. Quomodo cecidisti
e cælo Lucifer, qui mane oriebaris! Is.14.11
Detracta est ad inferos superbia tua:
subter

ſubter te ſternetur tinea, & operimen
tum tuum erunt vermes. Et Chriſtu
Matth. in die judicij dicturus eſt reprobis. Di
25. 41. ſcedite à me maledicti in ignem æter
num, qui paratus eſt Diabolo, & angelu
Hebr. 1, 14. ejus. Angelos ergo bonos, qui in ten
tatione, & lapſu diaboli zelati ſunt Di
uinum honorem, Deus confirmavit in
gratiam, & gloriam deſtinans illos in
varia Naturæ, & Gratiæ Miniſteria. An
Iudæ n, 6. gelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum
principatum, ſed dereliquerunt ſuum do-
micilium, in judicium magni diei vinculis
æternis ſub caligine reſeravit.

PROPOSITIO V.

Hominis Creatio.

MOx die mundi 2da myſticè dici vide-
tur quod factum ſit Firmamentum, &
Gen. 1. 7. diviſæ aquæ ſub Firmamento, ab his,
quæ erant ſuper Firmamentum; quate-
nùs firmiter Angeli beati, à dæmonibus
ſunt ſeparati. Sed ut ſupplerentur ſedes
illorum ſpirituum, qui prolapſi ſunt; co-
gitavit Dominus homines creare, medi-
os inter puras mentes, & belluas; vt in-
de haberent, quo ſeſe ferrent in Deum
ad Angelorum ſedes occupandas; hinc
autem haberent, quo non tam facilè ſuper-
birent, & in præceps tam citò prolabe-
rentur.

rentur. Propterea die tertiâ congregavit aquas terræ circumfusas in locum vnum, elevans montes, & maribus sinus effodiens, vt fieret habitaculum hominibus, atq; bestijs. Iussit etiam & herbas, & arbores, & stirpes omnes de solo virere, vt daret escam omni carni; & seminum virtutes vim vegetationis in illis inseruit, vt perennarent in mundo: & beneficio Siderum, quæ quarta creaverat die, cunctis diebus terræ, sementis, & messis; frigus & æstus; æstas & hiems, nox & dies non requiescerent. Binos sequentes dies destinavit Animalibus procreandis, quorum vltimus homo immortalem sortitus est animam, propter quem reliqua præparaverat. Sabbatho quievisse perhibetur, qui vsq; modò operatur, gubernans, conservans, & movens omnia: nimirum docuit hominem Deo vacare, sacrisq;, qui septima die, Dominicæ Redemptionis quietem præfiguravit.

Ps. 135. 25.

Gen. 8. 22.

Gen. 2.
Io. 5. 17.

PROPOSITIO VI.

Matrimonii Institutio.

VIro adjuncta est mulier, quam ex Adæ obdormientis costa ædificavit Dominus Deus; Evam, cunctorum viventium Matrem futuram, & Adæ vxorem

Gen. 2.
& 3. 20.
c. 1. 28.

rem. Primoq; hominum connubio benedicens Deus; ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Quibus verbis non tantum imponitur lex Matrimonij, quasi singulis necessaria; sed potius exprimitur vis Divini mandati quo natura ipsa reddebatur fæcunda crescere enim; & multiplicari homines non ab humano pendet arbitrio: Quod ergò prius fuit dictum herbis, & plantis, & animalibus brutis, vt germinarent & crescerent, & semen juxta genus suum producerent; hoc ipsum & naturæ humanæ intimatum, vt prolem progigneret. Alioquin si Deus ex hominum voluntate ordinasset celerem Prolis propagationem, cur Adamo non plures præparasset vxores? Porrò notatur Lamec

Gen. 4. 19. ex stirpe Cain, qui duas accepit vxores tanquam sanctissimi instituti primus violator; quod ab initio non fuit sic. Sed

Matth. 19. & Abel ferè centenarius occisus à fratre deprehenditur; & sine vxore vixisse perhibetur. Præceptum ergò coniugij non ita singulos cogit, quin recordari non

Gen. 4. 7. debeant verborum Domini dicentis: sub te erit appetitus eius; & tu dominaberis illius. Hoc quippe magis spectat

Gen. 1. 28. ad mentis humanæ imperium, vt dominetur piscibus maris, & volatilibus cæli

& vni-

vniuersis animantibus, quæ moven-
r super terram: Quantò magis vt sibi
i, & inordinatis appetitibus domine- *Ps.* 48.
r, ne comparetur jumentis insipienti- 13.
s, & similis fiat illis?

PROPOSITIO VII.
Ruina hominis.

Dam igitur, & Eva cum terrestris Pa-
radisi delicijs fruerentur, in quo po-
fuerant, vt abundantes bonis naturæ,
gratiæ, operarentur, & custodirent
um; vt etiam fidei exercitio vlterio-
n cælestis gloriæ mercedem obtine-
t, mandatum acceperunt à Deo, ne
ctus de ligno scientiæ boni, & mali
nederent, concessis in eorum vsum
teris & herbis, & fructibus. Quia *Gen.* 2.
elicet cum beatæ visionis præmium *&* 3.
uram nostram excedat, oportet vt a-
aliquo captum mentis nostræ exce-
te consequamur; ut, dum credimus
, nostræ intellectionis subjectio re-
etur nobis ad iustitiam. Quid enim *Rom.* 4.
cultatis erat Adamo, servare cætera, 3.
juæ ratio integra iustitiæ originalis
tiâ illustrata, suo iure propendebat;
cur non comederet de illo vnico fru-
, & tantis mortis minis in se, suosq;
eretur, ut servaret; profectò stimu-

 lari

lari poterat ratione ipsâ; cur id ſibi ir-peratum; & mentis elatione quâda-tentari; quam ſi vinceret, nactus fuiſſ-æternam coronam. Diaboli autem i-vidia, qui hominem ſpeculabatur in ſ-locum ſubſtitui, aſtus adinvenit, vt d-ſcurſu ipſo inflationis mulierem decip-ret; decepta mulier, & virum. M-culpam ſubſecuta eſt naturæ rebellio, carnis concupiſcentia, propter cuius m-tus, nuditatem erubuerunt Protoplaſt-Sed & in genus humanum omnium m-lorum hæreditaria colluuies irrupit; vnius delicto in omnes homines mo-

Rom. 5. 12. pertranſeat, in quo omnes peccaverun-non actualiter quidem, ſed ratione o-

Eccl: 25. 33. ginis, in ſimilitudinem prævaricatio-Adæ, qui eſt forma futuri; vt inquit Paulus.

PROPOSITIO VIII.

Promittitur Meſſias.

DEVS autem (ne malitia Diaboli t-umpharet) ſuper homines cogita-

Ierem. 29. 11. cogitationes pacis, & non afflictioni-maledicens ſerpenti, adventum Rede-

Gen. 3. 15. ptoris Meſſiæ compromiſit dicens: I-micitias ponam inter te, & mulierem & ſemen tuum, & ſemen illius: i-conteret caput tuum. Chriſtus enim v-ſeme-

nen eſt mulieris, qui Patrem in ter-
non habuit; vnde dicitur factus
muliere, ideſt ex Maria Virgine, quæ *Gal.4.4*
ut ſuperbum Diaboli humilitate ſuâ *Luc. 1.*
trivit. Inde autem quoniam aduer- *48.*
Principes, & Poteſtates, adverſus *Eph.6.12*
ndi Rectores tenebrarum harum, cō-
ſpiritualia nequitiæ hominem expo-
bat; vt faciliùs vinceret; in arenam
ſcendere iuſſit, excludens de loco vo-
tatis: vtq; ærumnarum vexatione fie- *Sap.10.*
cautior; munivit ipſum in pœniten- *2.*
qua eduxit illum à delicto ſuo, au-
js gratiæ, & Angelorum bonorum
todiâ. Vnicuiq; enim hominum dicit *P.90.11*
ltes: Quoniam Angelis ſuis manda-
de te, vt cuſtodiant te in omnibus vi-
uis. Et Deus per Baruch: Angelus *Bar:6.6*
m meus vobiſcum eſt: vt cum ſcia- *Matth.*
s, quod Angeli Cuſtodes, qui ſem- *18.10.*
vident faciem Patris cæleſtis, præ- *Pſ.33.8*
nobis ſunt ſemper: contra ſathanæ *Rom.8.*
dias poſſimus dicere. Si Deus pro *31.*
is, quis contra nos?

PROPOSITIO IX.

us Religionis in prima ætate mundi.

hac prima mundi ætate Divina Fi-
s, non ſacris Bibliis, ſed Patrum
itione in filios commendabatur; neq;

Penitiora SS. Trinitatis, aut Incarnati-
nis, aut similium mysteria erant omnib
manifesta, sed eminùs adumbrata, v
specialibus Dei amicis cognita. Poti
enim quæ naturæ statum decebant, n
verunt, vt Deum vnum, & mundi Crea-
rem; & justum boni, maliq; operis co-
pensatorem. Sed & sciebant Parentu
Ps. 23. 7 lapsum, propter quem exclusi erant à P
tria cælesti, donec æternales portæ cæl
rum elevarentur illi primò, qui futu
erat Rex Gloriæ. Oportuit ergò & e
non latere, pro justis decedentibus fui
Limbum, in quo refrigerium pacis ob
nerent, donec ueniret verbum ipsoru
De quo & meminit Christus in mend
Luc. 16. Lazari requie; & SS. PP. in justi Abe
Gen. 42. 38. nece recognoscunt. Quamobrem dic
bat Iacob filiis suis: deducetis canos m
Iob. 30. 23. os cum dolore ad inferos: vbi secun
Glossam super Iob, ante Christi adve
Iob. 17. 16. tum constituta erat Domus omni vive
ti; & Iob pariter inquit: In profund
simum infernum descendent omnia me
Qui limbus Patrum inde fuit sinus Abr
hæ nuncupatus, quod credentium re
ptaculum esset. Et hoc forsan ans
præbuit Pòëtis Ethnicorum, vt penes I
fernum damnatorum Elysios campos p
Heròûm voluptate constituerent. Q
ver

ò de Puerorum obitu specularentur,
os nec actualis culpa gehennæ damna-
, nec meritum liberæ actionis devo-
at ad præmia? Interea verò fide plu- *Hebr.* 11
am hostiam Abel, quàm Cain, obtu- 4.
Deo, per quam testimonium consecu-
est esse iustus; testimonium perhi-
te muneribus eius Deo, & per illam
unctus adhuc loquitur. Iniustus verò *Sap.* 10.
invidus Cain per iram homicidij; 3.
erni deperiit. Enos autem Sethi fi-
divinum cultum aliâ methodo, quã *Gen.* 4.
ificiis promouens, cœpit invocare no- 26.
Domini. Rursus fide Henoch trans- *A. M.*
s est, ne videret mortem, quia pla- 235.
Deo; & translatus est in Paradisum *Heb.* 11.
rrestrem) ut det gentibus pœniten- 5.
(in fine mundi cum Elia venturus *Eccl.* 44
rædicandum Euangelium.) Adam 16.
toto vitæ suæ spatio per annos 930. *A. M.*
itentiam egit, erudiens filios suos in 622.
re Domini, vt operarentur bene, & *Malac.*
nerent à vijs Cain, & filiorum eius, 4. 5.
imitabantur Patrem perversum.

PROPOSITIO X.

catorum multiplicatio, & poena.

erea malitia hominum adeo Deum *Gen.* 6.
enderat, cum præcipuè Boni com-
erentur cum malis, carnis concupi-

ſcentiâ accipientes ſibi vxores ex omn
bus, quas elegerant; vt, cum non pc
A. M. ſent cohiberi neq; Patriarcharum mor
1656. tis; Neq; Nòémi concionibus, & min
quas habuit ex iuſſu Dei per Centum
viginti Annos, vniuerſali aquarum abl
vio deleuerit omnem carnem; propt
Sap. 10. quam cum aqua deleret terram, ſanau
4. iterum ſapientia, per contemptibile
gnum iuſtum gubernans; fide quippe Nò
reſponſo accepto de ijs, quæ adhuc n
videbantur; metuens aptavit Arcam
Petr. 3. ſalutem Domus ſuæ. in qua octo anim
20. ſaluæ factæ ſunt per aquam; per qua
damnavit mundum; & mirabili prou
dentiâ in nova ſæcula transtulit anim
lium genus, & hominum. Hinc De
optimè expreſſit, non tantum gauder
quod malorum hominum numero rep
atur terra; quantum vt iuſti vel pa
eam inhabitent. In his naturæ ſæcu
fuerunt tanquam ſummi Sacerdotes,
Gen. 5. Principes populorum decem Patriarch
Adam Seth: Enos: Cainan: Malale
Iared: Henoch: Mathuſala: Lamec
Noe: qui ſpectant ad lineam Chri
Luc. 3. 37.

Noemi filii Sem, Cham, Iaphet, ex q
bus poſt diluuium omnium gentium m
titudo ſucceſſit. Tum conceſſæ fuer
in C

Cibum hominibus carnes, & pisces;
ito tamen præcepto, quod carnem cum
nguine non comederent. Cum Noe
rò vini adinventi inopino potu devi-
us iacuerit in tabernaculo nudus, Chã
identem maledictis obstrinxit; unde Gen. 9.
perunt & culpæ in mundo recrudesce-
; & pœnis vindicari. Nam & Nem- Gen. 11.
oth Babylonicum erexit imperium; & A. M.
m turris Babel superbiâ excitatur; con- 1809.
ione linguarum puniuntur. Sicut So- Gen. 19.
ma, & Gomorrha, & finitimæ Ciui- Iud. n. 7.
es simili modo exfornicatæ, & abe-
es post carnem alteram; factæ sunt
emplum, ignis æterni pœnam substi-
ntes; subuersæ sunt Anno Mundi 2046.
lolatria etiam in mundum invecta est Sap. 14.
nimio filiorum, seruorumq; affectu in
res, & Dominos; ut narrat Sapiens.

PROPOSITIO XI.

Abrahæ Repromissiones de Christo.

m Noemi filius genuit Arphaxad, Gen. 11.
ui genuit Sale, qui genuit Heber; à 10.
forte Hebræi vocati sunt Abrahami-
e: Heber genuit Phaleg; hic autem
u, seu Ragau, qui genuit Sarug; in-
Nachor Pater Tharei, qui genuit A-
ham, cui dictæ sunt de futuro Messia Galat. 3
cialiores Repromissiones. Inter Sale, 16.

& Ar-

Luc. 3. 36. & Arphaxad S. Lucas alium inferit Cainam in Christi Domini Genealogia. Itaq; Abrahamo apparuit Dominus in terra Haran, & inquit, vt egrederetur inde

Gen. 12 A. M. 2017. & iret in terram sibi demonstrandam faciamq; te (ait) in gentem magnam & benedicam tibi, atq; in Te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Cumq; iam esset Abraham in terra Canaan, idest in Palestina, ubi Christus Dominus operatus est præcipua Fidei Diuinæ Mysteria; Dominus iterum ei dixit: Semini tuo dabo terram hanc: Non dicit, (interpretatur Apostolus) & seminibus

Gal. 3. quasi in multis: sed quasi in vno: & semini tuo, qui est Christus. Quare post Christi adventum non est mirandum si Hebræi non possident amplius terram promissionis; vbi in Christo iam consummatum est omne Mysterium. Secundo

Gen. 13. 15. pariter eidem ex Ægypto reduci dixit

A. M. 2022. Deus: Omnem terram, quam conspicis tibi dabo, & semini tuo vsq; in sempiternum. Tamdiu profectò non possident Iudæi terram promissionis; sed Christus, cuius regni non erit finis, per opera in illis locis patrata sempiternum habet dominium. Et adjecit. Faciamque

Luc. 1. 33. semen tuum sicut puluerem terræ; quis potest hominum numerare pulve-

rem

em terræ, ſemen quoq; tuum numera-
e poterit. Interea verò mirandum,
ualiter differebatur eiusdem promiſ-
e prolis natiuitas, & propagatio,
um abundè Nationes omnes eſſent in-
umeræ in mundo: imò & ex Iſmaele,
t Eſau non electis, populus latè ſubcre-
ſcebat, ne dicam ex Lot eius fratre Mo-
b, & Ammon. Vt intelligamus, ſicut
tè interpretatur Apoſtolus, quod Abra- Rom. 4.
am futurus erat non ex lege, & carne,
d ex fide Pater omnium in Chriſto cre-
entium. Hoc interim, cum Abrahæ
es differebatur; contigit ipſum quin-
ue Regum triumphatorem à Melchiſe-
ech rege Salem, & Dei Altiſſimi Sacer-
ote benedici, qui panem, & vinum
btulit; quamobrem ei Abraham dedit
ecimas ex omnibus. Cuius rei figuram
ntium Præceptor Hebræis enucleat pri-
um quidem quia interpretatur Melchi-
dech rex *juſtitiæ*: deinde autem & rex *Hebr. 7.*
alem, quod eſt rex pacis, ſine patre,
ne matre, ſine genealogia, neq; initi-
m dierum, neq; finem vitæ habens (in
ripturis) aſſimilatus autem Filio Dei,
ui manet Sacerdos in æternum ſecun-
um ordinem Melchiſedech cuius inſu- *Pſ. 109.*
er ſacrificium in pane, & vino inſtitu-
um eſt. Præterea ut melius ſuæ ſpon-
ſionis

ſionis excellentiam oſtenderet Deus, & tanti Patriarchæ fidem diutiùs exerceret ad meritum; iterum ei dixit: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Merces ergò fidelis Abrahæ Deus ipſe promittitur. Cumq; rependeret Abraham. Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam abſq; liberis. Rurſus promiſit Hæredem, eiusq; ſemini terram illam, quam poſſeſuri erant poſt quadringentos annos.

Gen. 15.

Gen. 17 Tandem & ſeni prope centenario promiſſio repetitur illis verbis: multiplicabo te vehementer nimis, eriſque Pater multarum gentium, (non vnius populi Hebraici tantum) nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham; quia Patrem multarum gentium conſtitui te. Faciamq; te creſcere vehementiſſimè; & ponam te in gentibus, regesq; ex te egredientur Et ſtatuam pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, fædere ſempiterno; ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te: Daboq; tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ in poſſeſſionem æternam, eroq; Deus eorum. Videant Iudæi, quomodo horum verborum veritatem explicent, ſi Chriſtum Dominum negant.

Pro

Pro cuius confirmatione & Deus iusiurandum appoſuit, & ſignum dedit circūciſionis, ut inde dignoſceretur futurus Meſſias, ex quo naſci dignaretur. Cum verò pro Iſmaele, quem habebat filium ex Ancilla, deprecaretur Abraham, ait Deus. Sara vxor tua (erat ſterilis, & nonagenaria) pariet tibi filium, vocabisq́ nomen eius Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fædus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum. Super Iſmael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. Quid eſt hoc pactum niſi aliquid maius in Iſaac, quam in Iſmael? ſi verò ſecundum carnis propagationem merè intelligitur; promiſſa non reſponderent effectui; Nam Iſmaelitæ celeriùs propagati ſunt, & ad hæc uſq; tempora latiùs temporaliter in ſecta Maumetanica dominantur; quam Hebræi, qui ubiq; terrarum neglecti, & præ cæteris nationibus numero infirmiores, & viribus reperiuntur. Tres item Angeli hoſpitio recepti ab Abrahamo, pactum eiuſmodi præſente Sara confirmauerunt; cumq; eidem reuelarent

A. M. 2046.

Ibid. n. 19.

Gen. 18.

Sodo-

Iac. 2. 23. Sodomorum euersionem, vt docerent ipsum quod non ex sola fide, quæ sine charitatis operibus mortua est, iustificantur homines, cum retulissent, quod benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ; subiunctum est. Scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. Nato iam Isaac cùm Sara vidisset Ismaelem cum filio suo ludentem, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc (Agar) & filium eius; non enim erit hæres filius Ancillæ cum filio meo Isaac; Quod ægrè ferens Abraham, responsum à Deo accepit, ut vocem eius exaudiret; quia (inquit) in Isaac vocabitur tibi semen.

Galat:4 Rom. 9. 6. Quod factum S. Paulus de veteri, & Novo Testamento interpretatur ad Galatas cap. 4. n. 22. Et ad Romanos. Non enim omnes qui ex Isràël sunt, ij sunt Isràëlitæ: Neq; qui semen sunt Abrahæ omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: idest, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt Promissionis, æstimantur in semine. Postremò ut per omnia tanti Herois fides, & obedientia tentaretur, & in figura doceretur, quid facere pro nobis deberet Messias, iussus est

Gen:22. à Deo, ut dilectum filium Promissionis,

& vni-

& vnicum Isaac sibi immolaret: Quod
ùm exequeretur, ab Angelo sistitur, qui
it: Per memetipsum iuraui, dicit Do-
ninus, quia fecisti hanc rem, & non pe-
percisti filio tuo vnigenito propter me:
enedicam tibi, & multiplicabo semen
uum sicut stellas, & velut arenam, quæ
st in litore maris: & possidebit semen
uum portas inimicorum suorum: & be-
edicentur in semine tuo OMNES GEN-
TES TERRÆ, quia obedisti voci meæ.
x quo iureiurando Zacharias deduxit *Luc. 1. 73.*
Deum daturum se nobis in filio suo vni-
enito: Qui etiam proprio filio suo non *Rom. 8. 32.*
epercit; sed pro nobis omnibus tradidit
llum.

PROPOSITIO XII.

saac, & Iacobo Promissiones confirmantur de Christo.

OBierat Abraham; & Isaac ex Rebec- *A. M. 2122.*
ca eius vxore sterili prolem deprecaba-
r à Deo: Quamobrem obtinuit vno fæ-
t Gemellos, qui cum in vtero matris col-
lerentur, Rebecca dolorem questa, à *Gen. 25. 21.*
Domino intellexit, quod duos in Alvo ge-
ret populos, quorum maior seruiet mi-
nori. Esau inde, & Iacob nati sunt: de
quibus, ut secundùm electionem proposi- *Rom. 9. 11.*
tum Dei maneret, non ex operibus, sed

ex

Mal. 1. ex vocante dictum est: quia maior serui-
2. et minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Electio enim ad gratias gratis datas; cuiusmodi erat, quod potius ex Iacob filiis Deus vellet humanam carnem assumere, quam ex posteris Esau; nullum supponit ex operibus
Luc:19. creaturæ meritum. Ex acceptâ verò gra-
12. tia gratis data Deus ex singulis ad mensuram uniuscuiusq; fructum, & lucrum exigit. Vt ergò ex effectu diuinæ ordinationis series demonstraretur, Esau Iacobo fratri sua primogenita lentis edulio
Gen.26. diuendidit; mox etiam Matris consilio Patris benedictionem in locum Esau su-
Gen.27. scepit; in qua pronunciatus est etiam Do-
29. minus fratrum suorum. Isaac verò propter famem cogitans in Ægyptum descendere, audivit à Domino: Ne descendas in Ægyptum: sed quiesce in terrâ, quam dixero tibi; & peregrinare in ea; eroq; tecum, & benedicam tibi; tibi cum, & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham Patri tuo &c. Quod eidem & secundò obtestatus est, dum per illas regiones peregrinaretur, & habitaret in Tentoriis. Iacob autem fratris odium declinã ibat in Mesopotaniam; cumq; fessus dormiret in Luza, vidit insomnis scalã stan-

tem

m super terram, & cacumen illius tan-
ens cælum; Angelos quoq; Dei ascen-
ntes, & descendentes per eam, & Do-
inum innixum scalæ, qui Promissa con-
mavit, dicens: Dilataberis ad occiden-
m, & orientem, & septemtrionem, &
eridiem, & benedicentur in te, & in se-
ine tuo cunctæ tribus terræ. Quem lo-
m reuerenti obsequio consecravit, ole-
n super lapidem fundens, & nomen vr-
s Bethel appellans, nimirum Dei Do-
um. Porrò Iacob ex Lia sex filios ha- Gen. 29
it Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Issa- & 30.
ar, Zabulon: ex Rachel uerò, Ioseph, Gen. 48.
Beniamin, in cuius partu obiit Geni- 7.
ix, & in Bethlehem sepulta est. Et ex
icillis Dan, Nephtali; & Gad, & Aser.
quibus, duodecim Tribus Israël pro-
fferunt. Vxorum pluralitas citra o-
nem culpam tum licebat, quia nondū
nerat, qui restauraret Matrimonii My-
rium, sicut ab initio fuerat. Interea ex A. M.
idia fratrum Ioseph Ægyptiis venditur; 2215.
de post annos viginti duos factum est Gen. 46.
casione famis in terra Canaan, ut Iacob 27.
n filiis suis, omnes videlicet Animæ A. M.
mus ipsius septuaginta ingrederentur 2237.
Egyptum, quam Israelitæ quadringen- Act. 7. 6
annis incoluerunt, subiecti seruituti
araonum, qui Iosephi beneficiorum fu-

erant

erant obliti; donec à Moyse liberarentur.
Et hi quidem per tot annos in fide Pro-
Hebr. 11 missi viuentes non receperunt Promissio-
nes, ut tot, tantisq; electi populi ambagi-
bus quid magnum portenderet Deus su-
pra terrenas, & carnales Gentium Prospe-
ritates; quas vno Christo superatas digno-
Gen. 32. 28. scimus. Quamobrem & Iacob, qui &
Israël dictus, cum moreretur benedicens
Gen. 49. Iudæ ait. Iuda te laudabunt fratres tui
manus tua in ceruicibus inimicorum tuo-
rum; adorabunt te filii Patris tui; Catulus
leonis, Iuda: ad prædam fili mi ascendisti
requiescens accubuisti, ut Leo, & quasi
Leæna, quis suscitabit eum? Non aufere-
tur Sceptrum de Iuda, & dux de femore e-
ius, donec veniat qui MITTENDVS est
& ipse erit EXPECTATIO GENTIVM
ligans ad vineam pullum suum, & ad
vitem, o fili mi, asinam suam, lavabit
in vino stolam suam, & in sanguine v-
væ pallium suum. Quod concordat cum
iis, quæ de Christi passione habet Isaias
cap. 63. dicens: Quare ergò rubrum
est indumentum tuum, & vestimenta tu-
sicut calcantiū in torculari? Torcular ca-
caui solus, & de gentibus non est vir mec-
& aspersus est sanguis eorū super vestimen-
ta mea & omnia indumēta mea inquinau-
Et inde cū benediceret Dan; senex in sp-
futur

ri Messiæ animam agens dicebat. Sa-
re tuum expectabo Domine. Vbi
ò, nisi in Limbo Sanctorum Patrum?
& mirabilius Christi Domini Cru-
expressit, qua Deus benedicturus
vniuerso mundo, cum duos Filios
phi in suos adoptans Manassen, &
aim, in crucem brachia commutans
us ipsorum Capitibus imposuit, di-
; Deus benedicat Pueris istis; & in-
tur super eos nomen meum, nomi-
quoq; patrum meorum Abraham, &
c, & crescant in multitudinem super
am. Sed quid velit Israël, ut super
nomen suum inuocetur, nisi post su-
obitum credat pro illis posse interce-
apud Altissimum? Neq; hic præteri-
portet, quomodo sepeliri iusserit
Patribus suis in terra Promissionis;
Ioseph cadauer aromatibus delibu-
solemniter transportauit; reuersusq;
hyptum, dum & ipse moreretur, de Gen. 50. Hebr. 11 22.
us suis mandauit, in eundem locum
endis, cum migraturi erant ex Ægy-
quia videlicet ibi esse vel defuncti A. M. 2308.
bant, vbi redemptionem à Christo
ino faciendam sciebant.

PROPOSITIO XIII.

Legis Diuinæ tempus.

t hæc Populus Israël in Ægypto &

Exod. 1. augebatur numero, & angebatur miſe-
& ſeqq. rijs; Quouſq; tandem per Moyſem edu-
ceretur de domo ſeruitutis Pharaonicæ
in Terram Chanaan. Intereà verò Moy-
ſes repromiſſionum ſpe conſolabatur Iſra-
elitas afflictos; in quem finem & Iob
Iob. 1. patientiſſimi hiſtoriam ſcripſiſſe fertur,
& ſeqq. qui vixerat ad Annum mundi 2400. E
inter ſummas Diaboli tentationes con-
ſtitutus, ſpe Redemptoris, immotus ex-
titit: Vaticinatus mortuorum reſurrecti-
cap. 14. onem & judicium; & ſupplicia Malis de-
& 31. bita, & Præmia Bonis præparata. Ita
Moyſes cum iam eſſet Octogenarius à De
varijs portentis mittitur, vt ſimul cum
fratre ſuo Aaron educeret per deſertum
ex Ægypto Populum Iſrael in Palæſtinã
Exod. 4 & licet multis ſe excuſaret, dicens
Obſecro Domine, mitte quem miſſurus
es: tamen Diuinæ voluntatis diſpoſitio-
ne deuictus Pharaonem regem, Ægypti-
osq; omnes mirabilibus plagis, & prodi-
A. M. gijs ita confudit, ut reliquerint popu-
2453. lum diſcedere etiam ſpolijs onuſtum. Q
Exod. 14 Mare rubrum diuiſum ſicco pede tranſi-
vit, & inſequentes inimicos ibi demer-
conſpexit. Per deſertum verò quadra-
ginta annis peregrinati diuinis bene-
cijs ſingulariter protecti ſunt. Nam d
dit illis Manna ad manducandum, fo

te

aquarum de petra; nubem in um-
culum meridiani, columnam ignis
ucem noctis, legem Dei digito scri-
m in monte Sinai, & iudicia, & Cæ-
onias, & quicquid spectat ad Religi-
m, & cultum futuri præfiguratiuum.
autem, alijsq; Dei beneficijs ingrati
tifariam Deum offendentes, ultio-
diuinam diuersimode sunt experti;
ut cum essent à vigesimo anno, & su- *Num. 1.*
qui poterant ad bella procedere sex- *46.*
ta tria millia virorum, quingenti &
nquaginta, præter Pueros, Senes, &
ieres, & Tribum Leui, quæ Sacer-
j priuilegio non numerabatur pro
o, omnes præter Iosue, & Caleb in
rto perierint, & eorum filij ad pos-
ndam terram Promissionis successe-
. Moyses ergo, ne periret Diuino-
memoria, quæ ad sua usq; tempora
itione tantùm Patrum in filios com-
dabantur, Deo afflante scripsit Pen-
uchum, idest primos quinq; sacræ scri-
æ libros, in quibus ab origine mun- *A. M.*
sq; ad obitum suum omnia in com- 2493.
dium Hebraico idiomate perstrinxit.
lurima de futuro Messia, eiusq; vita,
orte, & dogmatis designauit. Quid *Exod. 17*
n, cùm extensis brachijs orando in
te, Amalecitas vinceret, aliud de-

Rom.10 notabat, quàm Christum, qui in Calua-
21. riæ monte super Crucem expandit ma-
Isa. 65. nus suas ad populum non credentem, &
2. contradicentem? Quid, cùm in exitu d
Exod.12 Ægypto Angelus percutiēs Primogenito
parceret ut Israelitis, qui sanguine Ag
domorum superliminaria asperserant; n
si Christi sanguine redimendos, ab An-
gelo percussore fore immunes, præfigu-
Num.21 rabat? Quid, cùm super Tau in signum
Zach.12 quod vulnerati respicerent, vt sanaren-
10. tur, erectus est serpens æneus; nisi Chri-
Io.19.37 stum in Cruce, de quo prophetavit Zacha-
rias, inquiens; aspicient in eum quem
confixerunt? Accidit etiam, quod cum
Num.24 Rex Moab Balac ariolum Balaam duce-
ret ad maledicendum Israelitis; Balaam
iussu Dei in Benedictiones prorupit,
vaticinatus est; & præter alia inquit
Orietur Stella ex Iacob: & consurget vi
ga de Israël: Et tandem de ultimis tem-
poribus ait: Venient in trieribus de Ita-
lia, superabunt Assyrios, vastabuntq; He-
Io.1.45. bræos, & ad extremum etiam ipsi pe-
Act.3.32 bunt. Moyses autem dixit filijs Israë
& 7.37. Prophetam de gente tua, & de fratri-
Deut.18 bus tuis sicut me, suscitabit tibi Domi-
v.15. nus Deus tuus: ipsum audies &c.

PROPO

PROPOSITIO XIV.

Cultûs Diuini Institutio.

Vm Populus Israeliticus ex reliquis
mundi Nationibus seligeretur, vt ab Deut.14
lolatria abstineret, & per verum vni-
Dei cultum, & religionem præpara-
ur ad futuri Messiæ Aduentum, ex Dei
inatione omnia in figuram eis con-
gebant; & hinc factum est, ut præter 1Cor.10
icia, & legem naturæ scriptam, Moy- 11.
Diuinis obediens mandatis cæremo-
s sacras instituerit in fœdus sempiter-
n, scilicet secundum substantiam;
secundum figuram, quæ Christi præ- 2.Cor.3.
iâ est evacuata. Idcircò S. Thomas
lucidè singula explicans 1. 2. quæst.
. distinguit Cæremonialia in Sacra-
nta, sacrificia, sacra, & obseruantias.
quibus & rationem literalem adin-
it, quatenus ad Dei cultum instituta
nt; & mysticam contemplatur, qua-
is diuersimode Christum Dominum
figurabant.

taq; in lege veteri Sacramenta fue-
t, primum circumcisio, quod fuit si-
culum justitiæ fidei in Abraham, qui Gen.17.
ra spem naturæ in spem gratiæ cre- Rom.4.
t posse fieri Pater multarum genti-
Figuraliter verò, vt intelligeretur,
d Messias erat venturus propter Adæ

peccatum præcipuè, quod Generatio origine in omnes posteros diffundebatur & respondet Baptismo ut habet S. Paulus
Col.2.11 ad Colossenses. 2do. Conuiuium Agni
Exod.12 Paschalis cum lactucis agrestibus, & panibus azymis in eadem Domo comedendi sine ossium fractura. Quod fuit institutum in memoria exitus de Ægypto
1 Cor.5. figuraliter denotat SS. Eucharistiæ Sacramentum. 3. Purificationes ab immunditijs, quæ fiebant vel per aspersionem aquæ, vel per sacrificia, iuxta maiorem vel minorem immunditiam. Et his respondet Pœnitentia Sacramentalis. Sacerdotium, quod Ordini Sacro respondet; & Tribu Leui fuit concessum, quo erat summus Pontifex, alij Pontifices, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Ministri omnes destinati ad Tabernaculum & Sacrificia, & Templum, & res sacras
Num.5. 8. & cultum divinum. His Decimæ & Primitiæ debebantur ab omni populo. Nec quisquam ex alijs Tribubus præsumebat Sacerdotij dignitatem; sed qui
Hebr.5. 4. vocatur à Deo (ait S. Paulus) tanquam Aaron; qui fuit primus summus Sacerdos; post ipsum Eleazar inde Phinees & sic deinceps filii filiorum, ut ex primo Paralip. c. 6. Imò cùm pro Sacerdotio Aaron sibi vendicando Core, Dathan & Abiron

Abiron turbas mouissent, disrupta est *Num.16*
rra sub pedibus eorum, & aperiens os
um, deuorauit illos cum tabernaculis
is, & uniuersa substantia eorum: sed
ignis egressus à Domino, interfe-
ducentos quinquaginta viros, qui of- *Exod.28*
rebant incensum. Lex etiam statue- *& c.29*
t Sacerdotibus, & Leuitis sua munia, *Leuit. 8.*
nsecrationes, indumenta, & ornatus: *& c.10.*
in ipsorum potestate Ciuitates refu- *Ios. 21.*
inter omnes tribus, cum decora su- *10.*
ntatione, & honore omnium; ita ut
nâ mortis puniretur contumacia ad-
sus summum Sacerdotem, ut habetur
ut. c. 17. ex quo loco constat Sacer-
em viuentem pro tempore iudicem
controuersiarum; quare ait Malachi-
Labia Sacerdotis custodient scien- *Mal. 2.*
n; & legem requirent ex ore eius. *7.*
aliis sub pœna mortis non licebat se
ercere in munus Sacerdotale; ut dici-
Num. 3. externus qui ad ministran- *Num.3.*
n accesserit, morietur. Sicut & tan- *10.*
m irregularis erat, qui fuisset vel cæ-
, vel claudus, vel alium habuisset cor-
is defectum, ut patet Leuit. cap. 21.
acrificia autem erant plurima ex a-
alibus mundis, puta Bobus, Vaccis,
tibus, hircis, passeribus &c. quæ offe-
antur, tum ad excludendam Idolola-
triam

triam, ut populus videret non esse Do
quos Ægyptij colebant, Boues, Ariete
& eiusmodi quare dicitur Exod. 8. Ab
minationes Ægyptiorũ immolabimus D
mino. Tum ad significandum debitu
ordinem mentis humanæ in Deum q
soli sacrificare debebant: tum etian
figurandum Mysterium Redemptionis h
manæ per Christum; quare ait Gloss. o
dinaria super Leuit: 1. Christus in vit
lo offertur propter virtutem Crucis;
Agno propter innocentiam; in Arie
propter principatum; in hirco pro
similitudinem carnis peccati. &c. O
rebant etiam panem, vinum, oleum,
lem, thus; ut Paupertati offerentium
fuleretur, quorum causas vide apud
Thom: loc. cit. De his vaticinatur D
Dan. 9. niel, quod veniente Christo defici
27. Et per Malachiam Dominus inquit
elitis: munus non suscipiam de ma
Mal. 1. vestra. Ab ortu enim Solis, usq; ad
11. casum magnum est nomen meum in
tibus: & in omni loco sacrificatur
offertur nomini meo oblatio munda,
magnum est nomen meum in Gent
Quod de SS. Eucharistiæ sacrificio in
ligitur; quod unicum in locum illo
omnium successit.

Sacra verò erant, Tabernaculum

cu

cuius postea locum ædificatum fuit à Salomone Templum, ad quod omnes, tanquam ad specialissimam Diuinorum stationem concurrebant; in quo erant vela, Atrium, Altaria duo, Thymiamatis & Holocaustorum; Propitiatorium, Arca, Candelabrum, Vasa consecrata, Mensa cum duodecim Panibus Propositionis, & cætera eiusmodi; in quorum consideratione, si quis irrideat, quæ ad divinum cultum destinantur in Ecclesijs Catholicorum, de ipsorum significationibus nihil inquirens; eodem cachinno & quæ fuerunt à Deo per Moysen instituta, temerè satis explodere poterit. A. M. 2950.

Obseruantiæ demùm erant, prohibitiones ab esu quorundam ciborum, ut patet Leu. 11. Et vestium quarundam vsu. Leu 19. Deut. 22. Et seminare agrum diverso semine; & ne Sacerdotes funeri interessent, nisi Parentum &c. Quæ omnia instituta erant, ut melius præpararentur ad cultum Diuinum, legis obedientia in obseruantijs eiusmodi, præter mysticum futurorum sensum, quem penes interpetres sacros requiras. Vt doceretur etiam in Ecclesia Catholica Populus, quod Ecclesia Dei rationabiliter in rubricis rituum, & Cæremoniarum sacrarũ obseruantias instituit ad decorem Dei, & Chri-

& Christi Domini cultum, Mysteriorum expressivum; ut ijs denotentur præterita, præsentis gratiæ designetur elargitio, & futuræ gloriæ pignus ostendatur.

PROPOSITIO XV.

Regnum Israelis, & Iudæ.

POstquam Israelitæ obtinuerunt Terram Promissionis primo fuerunt sub Iu-
Iosue 1. *seqq.* dicibus; quo tempore cum pluries à Deo
Iud. 2. *seqq.* recesserint, pluries etiam afflicti sunt, ut narrat liber Iudicum. Inde autem sub
1 *Reg.* 10 Samuele cum petierint regem, Saul quidem primo electus, & unctus, cum mox
1 *Reg.* 16 desciuerit à diuinis mandatis, David filius Iesse ex Tribu Iudæ fuit consecratus. Hic verè secundùm cor Dei, dictis, & operibus nasciturum ex se Christum Dominum mirificè expressit. Sed relictis gestorum figuris, tanquam penes incredulos minùs intelligibilibus, profectò
Ps. 88. 4. ait in Psalmis à se concinnatis, Quod Do-
Reg. 7. 12. minus sibi iurauit quod semen suum præparabitur in æternum, ut sedeat in sæcu-
Ps. 131. lorum generationes super Thronum suum de fructu ventris sui; qui & Deo dicet: Pater meus es tu: Ponendus ut pri-
Ps. 109 mogenitus, excelsus præ regibus terræ:
Matth. 22. 42. Quem & Dominum vocat, ex utero ante Luciferum genitum à dextris Dei collo-

candum;

candum ; & Sacerdotem in æternum, qui
de torrente Passionis in via bibet, pro-
pterea exaltabit Caput; Quia Dominus
dixit ad ipsum: Filius meus es tu, ego *Ps.* 2.8.
hodie genui te: Postula à me, & dabo *Act.* 13.
tibi gentes hæreditatem tuam, & pos- 33.
sessiones tuas terminos terræ. Quem o-
rat constitui legislatorem novum super
eos. Ex quo sine peccato inventus est,
eripiet illum de contradictionibus popu- *Ps.* 9.21
li, vt constituatur in Caput Gentium; *Ps.* 17.
cuius manus, & pedes foderunt, & di- 44.
numerauerut ossa; & diviserunt vestimen- *Ps.* 21.
ta, mittentes super vestem eius sortem; 18.
& dederunt in escam eius fel, & acetum *Matth.*
in potum eius; & æstimatus tanquam cũ 27. 31.
descendentibus in lacum, factus est sicut *Io*:19.13
homo sine adiutorio, inter mortuos li- *Ps.* 68.
ber; cùm ipsum posuerunt in lacu inferi- 22.
ori, in tenebrosis, & in umbra mortis; *Matth.*
à notis, & amicis derelictus; nihilominus 27. 48.
eductus est ab Inferno, & sospes à descen- *Ps.* 87.
dentibus in lacum: quia caro eius reflo- *Ps.* 26.
ruit; et ascendens super occasum suæ *Ps.* 27.7
mortis, eduxit victos in fortitudine; & *Ps.* 67.
ascendit super cælum, cæli ad orientem,
& captiuos in altum deducens dedit do-
na hominibus. Et plurima huiusce no-
tæ inquit, vt verè in luce cæcutiant, qui
non vident in Iesu Christo completa.

Insti-

Instituit etiam David cantores in Do
1 Paral. Domini, qui Psalmos canerent cor
6.31. ArcaTestamenti; Huic successit Salom n,
3Reg.6. qui Templi quod construxerat, dedic ti
onem instituit; & Regnum pacificè p
Sap. 7. sedit; Hic etiam de Christo Domino pr
& 8. clara scripsit. Sapientiam enim Dei
Prou. 9. ex effectibus indicat, contra quam i
Sap. 2. pij malè apud se cogitantes dixerun
Matth. circumueniamus justum, quoniam inu
27. 42. lis est nobis; & contrarius est operib
Io. 7.7. nostris, & improperat nobis peccata
gis. Promittit se scientiam Dei hab
re, & filium Dei se nominat; tanquam
nugaces æstimati sumus ab illo, & abs
net se à vijs nostris tanquam ab immu
ditijs, & præfert nouissima justorum, &
gloriatur Patrem se habere Deum. V
deamus ergò si sermones illius veri sin
Ierem. Si enim est verus filius Dei, suscipiet i
11.19. lum, & liberabit eum. Morte turpiss
ma condemnemus eum &c. Hæc co
gitauerunt, & errauerunt. Verùm S
lomon pluribus alienigenarum mulieru
erroribus implexus in causa fuit, vt po
3. Reg. se diuideretur Regnum, & in popul
12. Israel Idololatria, hæreses, & bella e
sent Regis Israel aduersus Regem Iuda
A. M. & cum alijs Nationibus; necunquam a
3100. ipsis defuerit flagellum Dei, quo reduce

rentur in viam salutis. Floruerunt tunc temporis Prophetæ per tria circiter sæcula, qui concionibus curabant avertere homines à peccatis, ne diuinam ultionem provocarent. Sed quid factum est de illis? alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt, & omnes malè habiti sunt, dum in studia contraria vulgus scinderetur, & Reges. Eo tempore principia Vrbis Romæ cœperunt, quæ adeo octo sæculis excreuit in Imperium mundi; ut etiam ipsi Iudæi multa perpessi in Babylonica captiuitate; mox etiam sub Antiocho Epiphane, aliisq; Tyrannis, ut Machabæorum narrat historia, tandem sese Romanæ dediderint societati.

Matth. 21. 35.

A. M. 3446.

A. M. 3816.

PROPOSITIO XVI.

Præstantiores de Christo Dño Prophetiæ.

ROrate, Cæli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem; & justitia oriatur simul. Isa. 45. 8. Emitte Agnum, Domine, Dominatorem Terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. Isa. 16. 1.

Desideria SS. PP.

Excita potentiam tuam, & veni; & saluos facies nos. ps. 79. 3.

Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod

Chr. de M. V.

Christi Nomen. quod est interpretatum Nobiscum Deus Isa. 7. 14. Matth. 1. 23.

Et movebo omnes Gentes: & veniet desideratus cunctis Gentibus Agg. 2.

Et Egredietur Virga de Radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini &c. Is. 11. & Act. 13. 23.

Descendet sicut pluuia in vellus. ps. 71. Iudic. 6. 37.

Et exultabo in Deo Iesu meo. Hab. 3. 18.

Nauitas. Et Non adijciet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus & immundus. Is. 52.

Parvulus enim natus est nobis; & filius datus est nobis; & factus est principatus super humerum eius; & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis &c. Isa. 9. 6.

Et Ambulabunt Gentes in lumine tuo; & reges in splendore ortûs tui. Is. 60.

Magorum adoratio. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. ps. 71.

Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israël; & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis Mich. 5.

Prædicatio. & Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum; judi-

ıdicium gentibus proferet. Isa 42. Iatth. 12. 18.

Et dedi te in fœdus Populi, in lucem entium; vt aperires oculos cæcorum; (educeres de conclusione vinctum; de omo carceris sedentes in tenebris Ibid. . 6.

Miracula Christi.

Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc perientur oculi cæcorum, & aures surdo-m patebunt. Tunc saliet sicut cervus audus, & aperta erit lingua mutorum. a: 35. 5. Matth. 11. 5.

Spiritus Domini super me; eo quod nxerit Dominus me; vt mederer con-itis corde; & prædicarem captiuis in-ılgentiam &c. Isa. 61. Luc 4. 18.

Exulta satis filia Sion, jubila filia Ieru-lem: Ecce Rex tuus veniet tibi Iustus, Saluator: ipse pauper, & ascendens per Asinum, & super pullum filium a-ıæ Zach. 9. 9. Matth: 21. 5.

Et Appenderunt mercedem meam ıginta argenteos, & dixit Dominus ad e proijce illud ad statuarium, decorum etium, quo appretiatus sum ab eis. ach: 11. 12. Matth. 27. 9.

Corpus meum dedi percutientibus, & enas meas vellentibus; faciem non a-erti ab increpantibus, & conspuentibus me. &c. Isa. 50. 6. Matth. 26. 67.

Passio.

Non

Non est species ei, neq; decor: desp-
ctum, & nouissimum virorum; virum d-
lorum, & scientem infirmitatem. Ve
languores nostros ipse tulit, & dolor
nostros ipse portavit: Et nos putauim
eum, quasi leprosum; & percussum à De
& humiliatum. Ipse autem vulnerat
est propter iniquitates nostras, attrit
est propter scelera nostra &c. Isa. 53.

Sepulchrum eius. In die illa, radix Iesse, qui stat in
gnum populorum; ipsum Gentes depr
cabuntur; & erit sepulchrum eius glo
osum. Isa. 11. 10.

Tempus Septuaginta hebdomades abbreuia
sunt super populum tuum; & super v
bem sanctam tuam, ut consummet
præuaricatio; & finem accipiat peccatu
& deleatur iniquitas, & adducatur j
stitia sempiterna, & impleatur visio,
prophetia; & vngatur Sanctus Sanct
rum: Scito ergò, & animaduerte:
exitu sermonis, vt iterum ædificetur I
rusalem, usq; ad Christum Ducem, he
domades septem, & hebdomades sex
ginta duæ erunt: Et rursum ædificabit
platea, & muri in angustia temporu
Et post hebdomades sexaginta duas oc
detur Christus: & non erit eius popul
qui eum negaturus est, & ciuitatem,
sanctuarium dissipabit populus cum du
venturo

nturo : & finis eius vastitas, & post
iem belli statuta desolatio. Confir-
abit autem pactum multis hebdomada
ia & in dimidio hebdomadis deficiet
stia, & sacrificium : & erit in templo
ominatio desolationis; & vsq; ad con- *A. M.*
mmationem, & finem perseuerabit. *variant*
an. 9. 24. Hebdomades Danielis intel- *apud ali*
endæ sunt de Annorum hebdomadis, *os vide*
quibus Leuit: 25. & juxta quosdam *Cron.*
ctores cæperunt Anno Mundi 3529. *Riccio-*
effectibus ipsis compleri incipiunt in *lij.*
nnum Mundi 3984. Quando Christus
ominus Rex Pacificus toto Orbe in pa-
composito natus est; & iam post eius
oriosam passionem defecit Templum,
rificium, Iudæ sceptrum, Stirps Davi-
, Sacerdotium, & omnia; ita ut nul-
it alia spes Israëli; quàm, ut expectet
undum Christi aduentum in Majestate
urum, quando congregabit omnes gen- *Matth.*
, & deducet eas in Vallem Iosaphat, *24.*
disceptabit cum eis; & conuertentur *Ioel. 3.*
Vesperam, dum interim famem pati- *Ps. 58. 7*
ur ut canes, & circuibunt ciuitatem.

CONCLVSIO

X hucusq; descriptis in hoc Argumen-
to quis non videat, quod integra fi-
veritas fuit quidem semper eadem,

ſed temporum ſucceſſu paulatim ho-
nibus manifeſtata? (p. 1) Manifeſt
da etiam clariùs, & expreſſiùs, do
per lumen gloriæ evacuetur obſcurit
Idcircò inquit S. Paulus quod antiqui
tres non acceptas repromiſſiones à l
gè eas reſpexerunt; & ſalutârunt: ſ
Abraham vidit à longè Chriſtum, &
uiſus eſt; & iterum quod in alijs ge
Hebr. 11 13. rationibus non eſt agnitum (Myſter
Chriſti) filijs hominum; ſicuti nunc
Io. 8. 56. velatum eſt Sanctis Apoſtolis eius
Eph. 3. 5 Prophetis in Spiritu. S. Thom. 2. 2. q.
7. Et quamquam aliqui particulares
cti tanquam Magiſtri Fidei, & Religio
præcelluerint in agnitione Myſterio
Dei; tamen ad Vniuerſam Eccleſiam
ſpectat, vt lux Dei increbreſcat temp
Incrementis; diſponente ſic Dei Pr
dentiâ, quæ in operibus Naturæ, & G
tiæ ab imperfecto ad perfectum ſta
deducit. Præterea quis non conſid
quantis laborent tenebris Hebræi,
Chriſtum Dominum non recipiente
lium expectant Meſſiam? Qualem e
expectent; Chriſto ſimilem, an diue
Qualem ſcripturæ ſacræ demonſtran
re circumſtantijs loci, temporis, n
nis, rerum, actionum &c. an alium p
tùs ſignis Bibliorum traditis difform

ſi diu

diuersum, si difformem, unde hoc ha-
ent? Quomodo cognoscent? si similem,
scripturis cohærentem, quare Iesum
hristum hunc esse non vident? Nam si
ium; similitudine ipsâ fallentur, ut po-
is Christi simulacrum, & simiam putent,
iàm verum Messiam. Neq; verò ad-
rtunt, quòd gentes mundi sapientiâ
bundantes receperunt, quem ipsi non
cipiunt, à suis Iudæis prædicatum Chri-
im ex Iuda, crucifixum; & cum sem-
r abhorruerint à stirpe Iudaica; nihi-
minus & Apostolos Iudæos tanquam
agistros veritatis venerantur, & Chri-
im Dominum Iudæum secundum car-
m, adorant. Quia nimirum vis veri-
is etiam ab inimicis excipitur. Ideò
r Psalmistam ait Christus. Populus, *Ps. 17. 44.*
em non cognoui, seruiuit mihi. Et a-
i Extraneus factus sum fratribus me- *Ps. 68.*
& peregrinus filijs matris meæ. Con- *Am. 2.6*
quos vaticinatur Amos dicens. Su-
r tribus sceleribus Israël, & super qua-
or non convertam eum: pro eo, quod
ndiderit pro argento Iustum. Nam ac- *Matth. 27. 9.*
perunt triginta argenteos pretium ap-
etiati, quem appretiauerunt à filijs I-
ael, & dederunt eos in Agrum figuli.
onfusi etiam, & toto Orbe dispersi, un-
nam Messiam cognoscent, ex tribu

Iuda, ex ſtirpe Dauid, cum vel ipſi ite ſe neſciant ampliùs ex qua tribu naſcan tur? Quid denotat tàm diuturna capti vitas, cui Redemptio non promittitur niſi in fine ſæculorum, cùm Dominus a judicandum venerit? Interim qui io lunt eſſe fideles, ſint fidei Chriſtianæ te ſtes, ex quibus Biblia, & ſacra recipi mus; vnde intelligimus mundi creatio nem. (p. 2.) Angelorum productionem (p. 3.) & lapſum. (p. 4.) Hominis origi nem (p. 5.) eiusq; propagationis prin cipium; (p. 6.) culpæ damnum, (p. 7.) Reparationis promiſſum, (p. 8.) Religi onis initia, & incrementa; (p. 9.) 1o nas peccantium (p. 10) Præmia juſtor in promiſſionibus Chriſti, (p. 11.) cu Abrahamo dictæ; filijs confirmatæ. (p. 12.) legis tempore præfiguratæ. (p. 13.) Solemniore cultu Religionis expectabi tur. (p. 14.) Vtq; regnaret Deus in no bis; in David, Iudæ ſceptrum erexit (p. 15.) in Chriſto filio David æternum permanſurum; ſicut locutus eſt per o Sanctorum, (p. 16.) Qui à ſæculo ſun

Luc. 1. 70. Prophetarum eius.

ARGVMENTVM VII.
De Succeſſione Hæreditaria Fidei.

PROP

PROPOSITIO I.

Iesus Christus Vniuersorum Hæres.

CVm venit ergò plenitudo temporis, *Gal.4.4.*
quam pro gratia redemptionis huma- *Heb.1.2.*
æ destinauerat Deus; misit Filium su-
m D. N. I. C. quem constituit Hære-
em Vniuersorum, per quem fecit, & sæ-
ula. Itaq; iam non est servus, sed fili- *Gal.4.7.*
s, quod si filius, & hæres per Deum, vt
xaltatus ad se omnia trahat. Quem cum *Io.12.32.*
lem nôssent inuidi Isráélis coloni, di- *Matth.*
erunt intra se: Hic est Hæres, venite, *21. 39.*
ccidamus eum: Hinc autem factum est,
morte intercedente (ait S. Paulus)
oui Testamenti Mediator sit, ut in re-
emptionem earum prævaricationum, *Hebr.9.*
uæ erant sub priori Testamento, repro- *15.*
issionem accipiant, qui vocati sunt æ-
rnæ hæreditatis. Qui cum acceperint
piritum adoptionis Filiorum à Christo *Rom.8.*
ocante, & eligente, facti sunt sicut filij, *17.*
hæredes: Hæredes quidem Dei, co-
æredes autem Christi. Christus ergò
um Vniuersorum sit Hæres, & omnia si-
esse à Patre suo tradita affirmet; non *Matth.*
obis ad solam Doctrinæ, aut Redempti- *11.27.*
nis, aut cuiuspiam alterius tantum rei po-
statem restringenda erit ipsius Authori-
s; sed ad OMNIA longè, latèq; ampli-

 atur.

atur. Ideòq; quamquam humiliter carnis assumptæ forma vivẽs in hoc mundo mortalem se gesserit; tamen & quandoq; tantam ostendit potentiam, quam nullus mortalium valeat ostendere. Quis enim potuisset flagellis eijcere templi contemptores, verbo suo prosternere milites, terram concutere, tenebris mundum obducere, imperare Mari, & Ventis; diabolis, & hominibus; legem abrogare Mosaicam; nouam condere Ecclesiam, & alia passim eiusmodi, quæ in Euangelijs narrantur, nisi omnia fuissent ei subiecta, ut ait Paulus ex regio Propheta? Hinc dicitur, quod erat Docens sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi; qui authoritatem tantam stupentes requirebant cum aliis: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Quibus respondere poterat. Quia potestas Dei est: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius; quia qui de sursum venit, super omnes est. Io. 3. 35.

1Cor.15 27. Ps. 109. 1. Matth. 7. 29. Id. 21. 23. Ps. 61. 12.

PROPOSITIO II.

Quomodo Christus omnia legauit Ecclesiæ suæ.

INtentio enim Redemptionis humanæ cò tendit, ut omnes homines conu

tant

antur ad Deum; propterea Christus mi- *Marc.*
it Apostolos in Mundum Vniuersum præ- 16.
licare Evangelium omni Creaturæ; eosq; *Matth.*
Iominum Piscatores constituit: Dupli- 4. 18.
i vero ratione omnia Christi Bona Ec-
lesiæ suæ legata esse intelliguntur; pri-
10 ratione Charitatis, quâ omnia sunt
lectorum vel tanquam media ad finem,
uibus bene utantur: & sic scriptum est;
uoniam omnia seruiunt tibi: Et diligen- *Ps.* 11. 8
bus Deum omnia cooperantur in Bo- *Rom*:8.
um. Vel tanquam Finis ipse, quo frui 28.
ebemus; & de hoc dicitur; quod dedit *Io*.1.12.
s potestatem filios Dei fieri: & alibi: *Rom*.8.
ui pro nobis omnibus tradidit Christum, 32.
uomodo non etiam cum illo omnia no-
is donauit? Et Paulus concludens hoc
sum ait: Omnia enim vestra sunt, siue 1 *Cor*. 3.
aulus, siue Apollo, siue Cephas, siue 22.
undus, siue vita, siue mors, siue præ-
entia, siue futura: omnia enim vestra
int: Vos autem Christi; Christus autem
ei. Et concordat cum Christo docen-
e Regnum Cælorum, & terræ possessio- *Matth.*
em deberi mitibus, & ijs, qui sunt pau- 5.
eres spiritu. Secundo, ratione Regimi-
is, & Iustitiæ distributivæ, qua omnia
n Ecclesia Dei ordinata sunt; ut alij præ-
nt, & dirigant, alij dirigantur, & subsint;
c de hoc Ecclesiæ ordine fusè loquitur
Aposto-

1Cor.12. Apostolus 1. ad Corin. cap: 12. Vbi primum Apostolos constitutos esse à Deo in Ecclesia pronunciat, inde cætera Ministeria. Cum autem inter Apostolos Petrus sit Princeps, & in terris constitutus à Christo suus Vicarius, & locum tenens; non erit difficile ad Petri potestatem omnia mundi redigere quæ promouendo Ecclesiæ Vniuersalis regimine expediunt, sicut omnia sunt Christi. Non est enim alia in regimine Ecclesiæ potestas Christi, alia Petri & Apostolorum, sed eadem omninò à Christo Domino vnicuiq; ad vtilitatem, & ædificationem Ecclesiæ concessa; Petro autem plenè tradita, quia in omni Regimine oportet omnia ad vnum reduci; & ideò omnium

Io. 21. 15. vniuersalissimus Pastor in hoc mundo denunciatus; cum finis Euangelij non sit Regnum huius mundi, & sæculi vanitas, sed Regnum Dei, ut ad tantum finem perducat omnes, omnia mundi tradita sunt Petro, ut media, quibus ad Dei Regnum consequendum, pro Grege sibi commisso utatur.

PROPOSITIO III.

Regnum Christi Electione, & Ordine constitutum.

CHristi fidelibus ergo omnia Mundi legat

egata ſunt, ut ſaluentur; Paſtoribus au-
em ut ſaluentur, & ſaluent: Ideò his in-
quit: ſicut miſit me Pater, & ego mit-
o vos: Ad quid verò miſſus eſt Chri- *Io. 20. 21.*
tus, niſi vt ſaluet mundum? Propterea
Diſcipulis ſuis ait. In hoc clarificatus eſt
Pater meus, ut fructum plurimum affe-
atis, & efficiamini mei Diſcipuli: & *Io. 15.*
nfra: Non vos me elitis; ſed ego eli-
i vos, & poſui vos ut eatis, & fructum
fferatis, & fructus veſter maneat. Et
lectionem ipſam ordinatione confirmās;
nſufflauit in eos, & tradidit Spiritum S.
'tq; intelligeremus Apoſtolorum pote-
tatem pro ædificatione Eccleſiæ trans-
undendam eſſe in legitimos ſucceſſores
pſorum, cum oraret Patrem æternum
ro eis; addidit. Non pro eis autem *Io. 17. 20.*
ego tantum, ſed & pro eis, qui credi-
uri ſunt per verbum eorum in me. Pro-
ter hoc dixiſſe videtur fidelibus Chriſti
etrus: Vos autem genus electum, rega-
: Sacerdotium, gens ſancta, populus ac- *1.Pet. 2 9.*
uiſitionis: Vt oſtenderet, quod ſicut in
ege veteri carnis ſucceſſione omnes qui-
em electi erant ad terram acquiſitio-
is; ſed tamen alijs quidem regnum,
lijs ſacerdotium contingebat ſecundum
arnis propagationem, quia ex carne Pro-
miſſum expectabant: Ita nunc, quia o-
mnes

mnes vocati sumus in Christo, ut acc
ramus regnum æternum per opera sp
tûs; secundum eundem spiritum ex q
libet familia eligi possunt ad Sacerd
Hebr. 8. & 9. um, & Ministerium Ecclesiæ, & Re
eius. Quod constat exemplis ipsis: C
enim Nouum Testamentum Christi s
guiue obsignatum, non literis, sed au
tu ipso excepissent Apostoli, Petrus t
quam authoritete primus in cænac
Act. 1. 15. congregatis concionem habuit, ut al
pro Iuda eligeretur in sortem Aposto
tûs: Cumq; statuissent vnanimiter du
in medium Iosephum, qui vocabatur B
sabas, & Matthiam, effusis ad Deum p
cibus dederunt sortes super Matthia
qui cum vndecim fuit annumeratus. I
dem modo & septem Diaconi ut mi
strarent mensis, & multitudini satisfa
Act. 6. rent Apostolorum authoritate elect
populo fuerunt, quos statuerunt ante c
spectum Apostolorum, qui electione
approbantes, impositione manuum D
conos ordinârunt. Et sic deinceps
Apostolos constituebantur Episcopi, P
sbyteri, & Diaconi, quos electione,
ordinatione missos legitimè, tum bib
sacra, tum historiæ ipsæ demonstran

PROPO

PROPOSITIO IV.

Ratio Pontificiæ Electionis.

SCandalizantur plures rerum humanarum vicibus, non capientes diuinæ prouidentiæ consilium, quo & inter Apostolos Iudas, Luc. 6. 16. & Saul inter reges electus est. 1Reg. 9 Sed fide erigendus est animus, ut intelligamus, quod Deus inuisibili manu mundum gubernat, & etiam hominum malitias in bonum finem conuertit: Scimus enim fide, quod omnis potestas à Deo Rom. 13 est; & tamen videmus Reges, Imperatores, Episcopos, Papas ab hominibus eligi, & constitui, & multis etiam opinionibus electiones in finem suum fieri, & produci. Sed certum est quod ubi sunt plurium voluntates in unum concurrentes, effectus ipsorum reduci debet etiam per Philophiæ discursum ad vnum principiū Deum; quia & casus ipse, in Deo casus non est, sed consilij æterni opus. Quanto magis ergò ubi ab hominibus electio constituitur summi Pontificis? Nam ex scopo eligentium est mentis eleuatio per fidem, ut Christianismo præficiatur Petri Successor, & Christi Vicarius; & inde dum pro tali recipitur à toto Catholicorum Orbe, etiam jure gentium, non attendendo jus diuinum, pro legitimo successo-

successo-

successore haberi debet. Hoc ipsum Regibus dicas, & alijs Principibus, cundum jura à populis in hunc finem cepta; quæ quia terrenum principatu constituunt, nec electorum, aut Recep rum mentes subleuant, ut in ipsis cc siderent, nisi Dominationem terræ; deo hinc Electiones & Receptiones s cularium potestatum non habentur Spiritus Sancti influxu, sicut habetur e ctio summi Pontificis. Quia actio hun na ex fine specificatur in genere virtut cum ergò finis electionis Pontificiæ divina Fides, nam qui eligunt, vel cc currunt ad electionem, intendunt hor nem constituere, qui authoritatem ex piat Christi Domini, sicut S. Petrus hoc legitimis modis efficiunt saltem qu tum ad substantiam electionis; ideò p nius, & magis propriè à Spiritu San afflantur, quam aliarum potestatum E ctiones, & Successiones, quæ destitu tur hoc fine, & habent solum, ut sin Deo, modo communi suæ prouidenti sicut cætera omnia, quæ naturaliter mundo eueniunt. Hinc ergò vt intel gamus, quod electio in Ecclesia fluit Christo, in Apostolos, ab his successiu & ordinatè in alios; Petrus cum or nâsset Romæ corepiscopos Clemente

Linum

num, & Cletum; moriturus post se Cle-
entem in sui locum constituit; qui ta-
en locum cedens Lino, & Cleto, ulti-
ò pro sua modestia post istos sedere vo-
t; sic deinceps ordinatim eligebantur
ntifices à Clero, transfusa per Ante-
sores Pontifices eligendi authoritate,
ut S. Petrus communicauerat Clemen-
. Neq; per tria ferè sæcula multum fu-
difficultatis ut Clerus Papam eligeret,
ut inuenirentur homines in fide stabi-
, qui pro præmio laborum Martyriũ
rent. Postquam verò Constantini
neficio, pace fruebatur Ecclesia, Pon-
ciæ dignitatis onus non displicebat
risq; quamobrem & eligentis Cleri
dium erat grauius, cum pariter (ne-
ur quâ ratione) admissus fuerit ad
ctionem una simul & populus. Hinc
n semel disturbia, & Schismata; qui-
sedandis sese ingessit non semel au-
ritas Imperatoris. Sed inde populus,
Clerus ægrè ferens, quod quandoq; so-
Imperatoris potestate Pontifex creare-
; non semel etiam contigit, ut Impe-
ori resisterent, & mutuo fierent cla-
; Et modo Imperatores, modo Clerus
n populo Romano pro Ecclesiastica li-
tate electionis pugnantes, & reluctan-
præualebant. Clerus verò horum
tumul-

tumultuum causam populum esse inci
bat; quamobrem cogitabat, ut exclu
retur ab electione; & reipsa in An
Christi 1004. Ioannes XIX. ut elec
nis popularis exclusionem inferret,
mo Cardinalium Nomen priuilegijs
xit, ut inde à populo Clerus Roma
magis honoraretur, & timeretur; M
etiam Bullam exclusionis populi pu
cauit, quam confirmauit, & amplia
Gregorius VII. Anno 1075. & Innoc
tius II. Anno 1135. Qua de re iter
prætensione populi tumultus excitab
tur; quia populus tentabat redire in
stinum, Clerus verò enixius ab ipso ca
bat; ita vt in Anno 1045. tres essent
pæ; alter à populo, alter à Clero, al
ab Imperatore creatus. Propter qu
Henricus III. Imp. Romam venit;
ablato Schismate creatus fuit Clem
II. Qui cum Clero instabat, ut ab ele
one excluderetur populus, tanquam
lorum author; sed inito consilio, sua
runt populo, ut cederet suæ prætensio
qui præsentia Imperiali inductus, co
Pontifice librum Euangelij tenente,
ramento cessit jus electionis S. R.E.C
dinalibus; erant populi plus quam
millia hominum, qui juramentum p
stiterunt cessionis. Sed nihilominùs
pul

lus sæpe turbauit Electores, recusans am non semel Electos Pontifices; proer quod ut contineretur in dies, opus t ut Cardinalium authoritas, & splenr assurgeret. Inde verò non semel Schiata propter Imperatoris, & Cardinali- in eligendo prætensionem; immo & Bella, & cædes, quousq; tandem sub exandro III. Imperator iuramento renauit electionem, ut libere fieret in nclaui; quod Bonifacius VIII. confiruit, & ijs legibus, quas ad præsenn diem obseruant. *Ex* qua breui narione patet totum jus eligendi derise in posteros Antecessorum Pontificũ horitate, quam Deus ipse miris euenus confirmauit, ut ejus Ecclesia inter cellas conseruaretur.

PROPOSITIO V.

Media, quibus Christus voluit suum Regnum acquiri.

Edia autem, quibus Apostolos docuit Christus, ut Regnum sibi conrerent in hoc Mundo, & subijcerent nes homines Crucis vexillo, & Fidei, et ea esse omnia spiritûs opera; ut sunt rbum Dei, Sacramenta, Doctrina, Miula, Virtutes Theologicæ, & Morales; . Ideo Pastores appellantur; Lux mun- *Matth.* 5.

mundi; Sal terræ; Doctores, Episco
Patres; & Christi regnum in virga æq
Ps.44.7 tatis dicitur; & de hoc mundo non e
Heb.1.8 affirmatur; quia potestas Christi in E
clesia tradita non est de Mundo, sec
Deo; neq; Christus voluit, quod essē
soliciti de mundi vanitatibus, sed de
stitia; Propterea B. Paulus inquit.
ma militiæ nostræ non carnalia sunt,
potentia Deo, ad destructionem mun
onum, consilia destruentes, & omn
1 Cor.10 altitudinem extollentem se aduersus s
entiam Dei, & in captiuitatem redig
tes omnem intellectum in obsequi
Christi: Quoniam verò vilia, & imp
fecta ordinantur ad magis perfecta; id
cætera mundi Apostolis traduntur t
quam additītia, ut disponant sicut ex
Matth. dit ad maius bonum vniuersi: nam di
6 33. tur: Quærite primum regnum Dei,
justitiam eius, & hæc omnia adijcien
vobis. Nam principale trahit ad se
cessoria: Et ideo de Cæsaris tributo Ch
stus quæstionem decidit, terminis v
uersalibus ad Iustitiam pertinentibus, q
bus omnia unicuiq; sua reddenda c
monstrauit; cum enim interrogâsset;
Matth. ius esset imago numismatis & supersc
22. 16. ptio; & responsum fuisset, Cæsaris; co
clusit: Reddite ergò, quæ sunt Cæsar
Cæsa

esari, & quæ sunt Dei, Deo. Sed quid
ibuti habuisset Cæsar, si solam Imagi-
n, & superscriptionem Numismatis re-
isset? Vt nimirum sciamus, quod Ter-
æ Dominationis Tributa sunt solum
agines, & superscriptiones, & tituli;
quidquam rei est; quia Domini est
a, & plenitudo eius. Quærentibus *Ps. 23.*
em Tributum; Christus Petro inquit:
d tibi videtur, Simon? Reges terræ *Matth.*
uibus accipiunt tributum, vel censum? 17. 25.
lijs suis, an ab alienis? & ille dixit:
alienis: Dixit illi Iesus: ergò liberi
filij. Ne tamen inferret scandalum,
t Petro, ut staterem in ore piscis inven-
daret eis. Ex quibus manifestum
quod Christus Petrum non subiecit
uli potestatibus; sed docuit, ne pro
gis terrenis maiora impediret bona;
ndens quibus medijs volebat regna-
Christus per ipsum; & alios, qui mit- *Matth.*
ntur, sicut Oues in medio luporum. 10. 16.
c in gestis Apostolorum, & Sancto-
considerare est duplicem modum o-
andi: nam primo cum per humilita-
se ipsos respiciebant tanquam in se-
, se exinanibant, & subijciebant o-
bus; quia sciebant quod neq; qui
tat est aliquid, neq; qui rigat: 1. Cor: 3
n verò seipsos in Domino considera-

bant, tanquam Christi authoritatem rentes, & Instrumenta Spiritus Sanc super omnium sensum ad mensuram nisterij quod habebant, in Domino g riabantur; hinc Paulus ad Phil. 4. Scio & humiliari, scio & abundare: ad Thes. 4. 8. in prima. Qui hæc sp nit non hominem spernit sed Deum, etiam dedit Spiritum suum Sanctum Nobis. Et ad Gal. 4. 14. sicut Angel Dei excepistis me, sicut Christum Iesu

PROPOSITIO VI.

S. Petro committuntur omnes homine

Sed in promptu habent filij homin obiectionem illam, quod Domini Politicum debeatur solis Regibus, Principibus sæculi; non autem Eccle Præsulibus, atque Petro; nam missi su sicut Christus missus est à Patre in mu dum. Verum si Politicum Regimen telligant pro mundana, & sæculari v

Luc. 22. 25. sutia, qua per fas, & nefas Reges Gen um dominantur eorum: & qui potes tem habent super eos, benefici voca tur: Vtique Apostolis dictum est: Vos tem non sic. Si autem Politica sum tur, ut sumi debet, pro prudentia reg di populos in æquitate, & dirigendi h nes in suum ultimum finem cum Reip blic

:æ totius pace, & conſenſu; quid ne- *Matth:*
nus, quod Apoſtolis etiam dictum eſt: 10. 16.
ote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſim-
:es ſicut columbæ? & rurſus. Ego *Luc.22.*
pono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater 29.
is regnum. Quibus ſententijs Chri-
Dominus ſignificat Regnum quidem
n eſſe vniuerſum totum, & hoc ipſũ
Apoſtolis, & Petro, ſed aliâ pruden-
ſibi conquirendum, atq; regendum,
n terrenâ prudentiâ; Nam Reges
æ conquirunt Regna & Principatus
orum ſtrepitu; Chriſtus in manſuetu-
; Reges terræ opibus promouent
iura, & magnis impenſis; Chriſtus
pertate Spiritûs: Illi dum alios occi-
in bellis, & captiuos ducunt, tri-
hant. Chriſtus & animam ſuam po-
pro ouibus ſuis, & vult ſuos ad mor-
paratos, ut vincant. Illi ut præ-
populis, decertant; & qui maiores
, poteſtatem exercent in eos; Sed
ſtus ſuis dicit: Non ita erit inter *Matth.*
Sed quicunq; voluerit inter vos ma- 20. 26.
ieri, ſit veſter Miniſter: Et qui vo-
t inter vos primus eſſe, erit veſter
us: His ergò poſitis; ſupponamus
dum totum conuertendum ad Chri-
; ſicut erat Chriſti tempore, quando
er Apoſtolos, & Diſcipulos aliquot;

 omnes

omnes alij erant oues errantes; Cù
Io. 21. Christus dixit Petro, ut pasceret oues su
27. as, & agnos; Quos putamus esse Chr
sti Agnos, & Oues, Petro commendata
nisi Christi fideles? Ergò præfecit illu
tunc Apostolis, & Discipulis, & ijs, q
erant tunc fideles; & qui etiam futu
erant per Baptismum. Cùm verò Chr
Io. 10. stus dicat; alias oues habeo, quæ no
16. sunt ex hoc ouili: & illas oportet m
adducere, & vocem meam audient: D
quibus loqui putamus, nisi de infidelib
Luc. 5. & nondum conuersis? sed dicens Petr
10. Duc in Altum; noli timere: ex hoc i
homines eris capiens: Quos homines
tamus traditos esse in capturam Pet
nisi infideles? Nam fideles non indige
capi, sed conseruari. Ergò & super
fideles homines Christus constituit P
trum; super illas scilicet oues suas, q
non sunt ex hoc ouili, sed adducend
ut Christi vocem audiant. Idcircò
Gentium omnium conuersionem sign
cauit Deus Petro per illud vas quodda
quod vidit velut linteum magnum q
tuor initijs submitti de cælo in terra
Act. 10. in quo erant omnia quadrupedia, & s
11. pentia terræ, & volatilia cæli; & fa
est vox ad eum: surge, Petre, occide,
manduca. Quantum est hoc ius P
super Gentes omnes, dum in figura iu

occidere, & manducare! Quantum
distat Pastor ab Ouibus, tantum di-
debet ratione officij Petrus à cæte-
hominibus; Quomodo ergò in homi-
Viatores Christi potestatem non ha-
, si sunt sibi tanquam Agni, & O-
concrediti? Imò tanquam Pisces, &
a animalia, qui sunt sine fide? si
s ipsæ Pastoris vocem audire debent,
ercant, quomodo homo tenebitur
dire etiam Ethnico Principi, & non
ori Animarum? Si Anima plusquam
pus, cui sunt Animæ commendatæ,
us non obsequetur? Ridiculum sa-
videre Pastorem, qui nihil aliud cir-
gregem suum præstare possit, quam
la ludere: Qui gregem habeat; &
am, ubi grex maneat, non habeat:
luporum pericula videat; & pedo in
ra non adigat: Infectam ouiculam
at, & à reliquo grege non separet:
n errantem prospiciat, & non redu-
aliam famelicam, aliam sitientem;
ascua non præbeat, ad fontem non
gat; & huiusmodi alia negligat pror-
à Pastoris authoritate supra gregem
n bene educandum, & seruandum,
na. Nunc, Christus, qui dedit Petro
s suas, Munus Pastoris tribuens, tri-
& quæ id consequuntur.

PROPOSITIO VII.

Quomodo inter se Poteſtates Eccleſiæ ſubſiſtant.

SEd adhuc inter Eccleſiæ Præſules o-
Luc.22. etur contentio; quis eorum videat
24. eſſe maior; & quantum quidem ſpect
ad Eccleſiæ primordia; Apoſtoli ſup
omnes fideles conſtituti ſunt, & Petr
inter ipſos Apoſtolos primus, ut dictu
eſt: Horum verò electione, & diſpoſi
one ad certa fidelium miniſteria præfi
ebantur alij, ut patet in S. Matthiæ E
ctione; in ſeptem Diaconorum offic
Act. 1. conſtituto; & in Epiſcopis per diuerſ
21.&6. ciuitates ab ipſis Apoſtolis, deſtinati
& 20. Neq; multum difficultatis fuit in illa æt
28. te inter Apoſtolos, qui Spiritu Sancto r
gebantur; quamobrem nihil curaban
quod alter in alterius meſſem ingreder
tur, dummodo quilibet eadem ſaperet
& doceret. Ideò etiam ſi Petrus eſſ
2Cor.11 totius Eccleſiæ Princeps, tamen & Pa
28. lus ſolicitudinem omnium Eccleſiaru
gerebat. Quia nimirum omnes Apoſt
li in eundem finem claritate medioru
tendentes, ut illum aſſequerentur, n
indigebat alter ab alterius authorita
pendere: Hoc utiq; conſtat in S. Pau
facto, qui cum immediatè à Chriſto E
uange-

Euangelij reuelationem acceperit, illud prædicabat ubiq;, quo ibat; Cùm verò humilitatis spiritu pungeretur, ut conferret Euangelium suum cum Apostolis, ut si hinc certior de sua reuelatione fueris; ingenuè fatetur; quod qui videbantur esse aliquid, scilicet Apostoli, nil contulerunt: Immo cum cognouissent gratiam Paulo datam, Iacobus, Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, (alij vertunt; qui habebantur in pretio, ac magni nominis, & authoritatis) dextras dederunt; approbantes eius prædicationem. Cùm verò Apostolorum successoribus refriguit aliquorum Charitas; & media ad finem quæ non erant adeo lucida in Diuinæ voluntatis sensu, oportuit in Ecclesia per Prouincias distinguere Maiora, & Minora Officia, & definire Iurisdictionis terminos Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, alijsq; Ecclesiæ Ministris, ut corpus Ecclesiæ melius moueretur: Quod quidem ortum habuisse videtur, quia & Apostoli in diuersas mundi partes ad prædicandum sese distribuerunt, ut magis dilataretur Ecclesia; Mox enim & ubi occupabant, constituebantur qui ipsorum locum, & vicem sufficerent. Respectus verò inferiorum ad Apostolos patet; quia

Galat. 2

cum

Act. 5. 12. cum fierent ab Apostolis concionanti signa, & prodigia multa in plebe; c terorum nemo audebat se coniunger lis; quamquam in dies augeretur cred tium in Domino multitudo virorum, mulierum: videlicet ad munus Apo latûs, Sacerdotij, aut alius Ordinis r assumebantur per solum Baptisma; electione ipsâ, quemadmodum primi dei Magistri designabant. Quia igi Apostolorum Principes Petrus, & P lus Romæ occubuerunt, locum succe ribus dederunt, & authoritatem Ro næ Ecclesiæ, ut habeatur Caput om um Ecclesiarum; & ipsius Episcop Apostolicæ Sedis Antistes, Episco Episcoporum; Pontifex Maximus, Ec siæ Catholicæ, & Apostolicæ Vniue lis Pastor, & Patrum Pater ad hæc tempora Conciliorum, Doctorum, magnæ authoritatis Virorum sentent & consensu cognoscitur. Vt videri test in Actis Conciliorum Vniuersaliu & in Annalibus Ecclesiasticis; & alit

PROPOSITIO VIII.

Quomodo Mundi Potestates cum Ec sia cohæreant.

CErtum est, quod in Ecclesiastica sciplina semper fuit sensus, ut Re bus,

bus, & Principibus ſæculi debeatur honor, & obedientia à Populo; verumtamen in rebus iniquis verbo, & exemplo docuerunt Apoſtoli non eſſe obediendũ; nam cum tacere prohiberentur, & ne docerent in nomine IESV; Petrus, & Ioannes Deum audire potius, quam Magiſtratum decernunt, & volunt; non aliter etiam Christiani reſiſtebant Imperatoribus, & Magiſtratibus: quando, non modo iubebantur Chriſti fidem deſerere, ſed etiam quæ ad impietatem vergunt, ut tradere ſacra biblia ad comburendum; non pſallere; arma in Eccleſiam ſumere, egenti non ſubuenire, & ſimilia, quibus hiſtoriæ abundant. Quamdiu ergò nulli Principes terræ fuerunt in Eccleſia; ſed qui regnabant, & dominabantur, omnes erant Ethnici; Apoſtoli, & Chriſtiani illis parebant ſiue bonis, ſiue malis in omni re, in qua conſcientia non læderetur ad regulas Euangelij; cognoſcentes de manu Domini quicquid patiebantur ab ipſis Principibus. Sed propter Religionem quantum reſtiterint etiam cum effuſione proprij ſanguinis, nemo eſt, qui ex Martyrum geſtis ignoret. Cum verò diuinâ prouidentiâ etiam mundi Principes, Reges, & Imperatores Chriſti fidem amplexati ſunt, & ingreſſi in Eccleſiam fideli-

Act. 4. 19.

delium; quis non videat, quod subiec
runt se Ecclesiæ, & Euangelii Institut
onibus? Sic ergò facti sunt Ecclesiæ
nius membra; & totum Corpus Ecclesi
constitutum est ex ipsis, & reliquis omn
bus, qui sunt Christi fideles. Nunc e
gò si Apostoli, & successores ipsorum
per quos datur in Dei Ecclesiam ingre
sus, seruassent illum primum morem Ec
clesiæ, ut qui conuertebantur, irent, &
Act. 2. venderent omnia, & deponerent ad pe
45. & 4. des Apostolorum, quorum prouidenti
34. indigentiis omnium prospiceret; & nihi
sibi reseruare debuissent, vbi essent Im
peratores, Reges, & Principes in Eccle
sia? Quomodo Apostolis, & successiu
Episcopis non subiecti essent omnes, non
modo quantum ad spiritualia, sed etiam
quantum ad rerum temporalium curam,
& dispositionem? Et certè si hac me-
thodo totus mundus fidem Christi susce-
pisset, cogitare debebant, ut agros eti-
am, & regna, Ecclesiæ nomine posside-
rent, cum non superfuissent Gentes, qui-
bus vendere potuissent: Sed quoniam
successus rerum in multis, quid agendum
sit, demonstrat, crescente credentium
Act. 6. numero factum est murmur Græcorum
aduersus Hebreos, eo quod despiceren-
tur in ministerio quotidiano viduæ eo-
rum:

um: Qua de re Apostoli congregatis fidelibus, cùm ostendissent, æquum non esse eos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis; suaserunt ut viros proponerent aptos, quibus hoc opus in Ecclesia demanderetur. Septem ergò viros statuerunt ante conspectum Apostolorum, qui electionem approbantes, impositione manuum Diaconos ordinarunt, ministrarent Annonam. Hoc itaq; exemplo constat, quod Apostolica Ecclesia rerum curam abs se non reiecit, sed ministris suis demandauit, qui in id præcipuè incumberent, cum Pastores interim Orationi, & Verbo Dei, & occupationibus maioris momenti operam nauarent. Sed quia etiam hoc temporum experientia arduum obseruatu demonstrat, ideo Apostoli ipsi cæperunt fidelibus recenter conuersis concedere, ut retinerent, quæ prius possidebant. Fuit ergò Ecclesia Apostolorum concessio, & indulgentia; ut fideles bona retinerent; & non venderent, & in commune referrent; inde propterea pro pauperibus fiebant collectæ, ad supplendas ipsorum necessitates. Nunc itaq; si Apostolorum tempore aggregati fuissent Principes, & Reges in gremium Ecclesiæ; utiq; Apostolis compe bat, ut darentur leges, quomodo 1 Cor. 16

modo

modo debuissent regnare, & domin
in Ecclesia; sed cum leges totius Ecce
siæ sint Euangelia, & dicta Apostolic
utiq; Regibus, & Principibus conuersis
commodassent Christi Doctrinam, sic
& sibi ipsis; nam Christus ait: Qu
Marc. vobis dico, omnibus dico. Hinc er
13. 37. benè considerent illi, qui diris in su
mum Pontificem, & Episcopos Catho
cos inuehuntur, allegantes Doctrinar
Euangelicam, quod possidere non deb
ant; quod non habeant ius gladii, qu
solo Verbo Dei, & orationi debent i
cumbere; & potestati sæculari non re
stere, &c. Considerent inquam; qu
Imperatorem, Reges, & Principes Chris
anos faciunt tanquam si non essent me
bra Ecclesiæ; & tanquam quid oppo
tum ab Ecclesia; quod si in vnam Eccl
siam includunt, (ut re ipsa debent incl
dere ratione Baptismatis recepti) erg
& ipsis accommodandæ sunt Euangelic
leges: Ex quibus, cùm possit deduci, qu
Christus Principatus terrenos non co
stituit, sed Ecclesiam suam per Apost
lorum præminentiam; sequitur, qu
in Ecclesiæ corpore hoc habent Princ
pes, & Reges, quod datur illis authorit
te Apostolicâ: Nam quod omnis pot
stas à Deo sit; in Ecclesia Christi prof

ctò à

tò à Deo est, & Christo eius, qui est Rom.13
ex Regum, & Dominus Dominantiū; Apoc.19
ed modus regendi, & dominandi tradi- 16.
ur per Christum Iesum Apostolis, &
ccessoribus in Euangelio; ergò quicunq;
Ecclesia Christi vult regere, & domi-
ari, oportet ut hoc faciat instructione
postolorum, & successorum secundum
uangelium. Cùm autem Euangelij po-
stas nihil implicet cum virtutibus mo-
im; sed tanquam Diuina Sapientia in
includat omnem prudentiam Politiæ,
economicæ, & Personalis disciplinæ;
portet considerare, quod Pastores Eccle-
æ, quibus concreditum est Euangelium,
cura fidelium, debent omnibus & sin-
ulis Theologicam Euangelii Doctrinam
c accommodare, ut obseruatione ipsius
onstituatur, & conseruetur melius, quàm
eri possit Ecclesiá: Itaq; ex Euangelio
lia sunt applicanda ad personalem sui
psius disciplinam; alia ad Oeconomicā
ei familiaris; alia demum ad Politiam
hristianæ Reipublicæ. Imperfectè e-
im Christus promisisset Petro, super il-
um tanquam super Petram Ecclesiam Matth.
uam fundare, ne contra ipsam præuale- 16. 18.
ent ipsæ Diabolicæ potestates; si inte-
ea in Ecclesia Christi defuisset omnis op-
ortuna potestas ad Regimen totius Cor-

poris

poris, & Christianæ Reipublicæ. Igitu in promissa Ecclesiæ fundatione, qui non facilè deducat, quod opus erat & gladio, & potestate omnium Iurium? Ai non erat resistendum potestati Turcarũ & Tartarorum, quia scriptum est: Qu potestati resistit Dei ordinationi resistit Quæ esset ista in Dei Ecclesia indiscretio Si ergò in Ecclesia eius iura politica noi implicant; ostendant, quare potius Regibus, & Imperatori, & Principibus competant; quàm Papæ, & Episcopis; Credo enim quòd posuit Deus in Ecclesia pri-

1. Cor. 12. mùm Apostolos; secundò Prophetas Tertiò Doctores; deinde Virtutes, exinde gratias curationum, *Opitulationes Gubernationes*, genera linguarum, interpretationes sermonum. Viden' Philopiste Vbi in corpore Ecclesiæ vides collocato à Paulo Christianos Principes? Ego puto inter *Opitulationes*, & *Gubernatione* Ecclesiæ; sed quia ista in Corpore Reipublicæ omnibus conueniunt, ideo quando subdit Paulus: Numquid omnes Apostoli; numquid omnes Prophetæ; numquid omnes Doctores; numquid omne virtutes; numquid omnes gratiam haben curationum; numquid omnes linguis loquuntur; numquid omnes interpretantur Intermisit *Opitulationes* & *Gubernationes*;

; quia in Ecclesia omnia membra mu-
sibi opitulantur ; & omnia concur-
t ad Regimen, iuxta vnius capitis di-
tionem : Quia, ut ibidem dicitur ; non
est oculus dicere manui : Operâ tuâ
n indigeo ; aut iterum Caput pedibus :
n estis mihi necessarij. Si itaq; Eccle-
Dei est unum Mysticum corpus, omnia
a, & spiritualia, & temporalia illi com-
unt, secundùm directionem illius Ca-
s in ipsa Ecclesia, cui sint necessariæ
nus, & pedes : Et sic tantum habe-
nt Membra in Ecclesia, quantum ipsi-
Capitis sapientia disponet, ut aptè mo-
ntur in attributa ministeria. Cùm
ò Christiani Principes cognoscantur,
quam Dexteræ Domini exercituum,
cium ipsorum erit, non dominari in
ris, sed Theologicâ Pastorum, & Do-
rum directione Christi Domini fidem,
eligionem tueri ; cætera ad Euangelij
ructionem minoris facere.

PROPOSITIO IX.

Forma nascentis Ecclesiæ.

Ecepto Spiritu Sancto in die Penteco- *Act. 2.*
stes, cùm omnes Apostoli, & Discipuli
mini in publicum erumperent, varijs
guis loquentes, fuerunt in spectaculũ
oris, & irrisionis : Alij enim pruden-
ter

ter de rei nouitate inquirebant; alij t
merè musto plenos arbitrati, insulsè c
lumniabantur. At Petrus ut Prince
Exercitûs ad novum Regnum Christo D
mino subijciendum armis alijs, quà
mundi, ex Prophetis veritatem rei d
monstrans militiæ suæ aggregauit an
marum tria circiter millia. Hi protin
omnia vendunt, & ad Apostolos pretiu
ferunt. Quo facto ut expeditores esse
ad militandum pro Christo, Apostoloru
Act. 4. prouidentiâ evenit, quod erant illis
mnia communia; neq; quisquam ege
erat inter ipsos. Tantusq; fuit huius A
postolicæ institutionis rigor, vt cum A
& 5. nanias quidam, eiusq; vxor Zaphira Ag
diuendito pretij partem sibi reseruaren
S. Petrus eos mendacij redarguit; qu
metiebantur non sibi homini, sed Spi
tui Sancto; in cuius redargutione conf
stim cadentes expirârunt. Hinc flux
Vitæ Monasticæ, & Cænobiticæ form
pro ijs, qui stimulo maioris perfectior
angebantur; de qua mentionem facit
Dionysius Areopagita Hier. Eccl. cap.
qui fuit Apostolorum Discipulus, & ha
traditionem Græci, & Latini seruant
confusionem hæreticæ malitiæ, quæ
mnia tollit, & ex ruderibus venerabi
antiquitatis quisquilias colligit, ut

profun

ꝓfundiùs in lutum defigat; & Catho-
æ Matris vultum deturpet. Profectò
gnus Antonius tempore S. Athanasij
ruit cum ingenti Monachorum nume-
in Ægypto; qui Paulum Tebæum re-
it, Eremitarum Principem, ut testa-
S. Hieronymus, qui etiam asserit ubi-
Terrarum Cænobia fuisse propagata.
rtè S. Ambrosius Monachos fouit in I-
ia; S. Martinus in Gallijs; S. Augusti-
in Africa; S. Basilius institutiones vi-
, & mulieribus dedit in Græcia. S.Be-
dictus per Italiam; & sic deinceps;
quorum optima educatione in Dei glo-
m prodiuerunt inclyta sanctitatis ger-
na; ut ex omnibus patet historijs;
omodo autem tot Religiosorum Or-
es processu temporum immediatè mi-
ent sub auspicijs summi Pontificis Ro-
ni; partim hoc fuit, quia Abbates pre-
suam libertatem ab Episcopis Diæce-
is vindicabant; partim quia cum sem-
in usu fuerit, ut grauati de æquitate,
Romanum Pontificem recurrerent, si-
fecit etiam S. Athanasius, S. Ioannes
rysostomus, Paulus Constantinopoli-
nus; Theodoretus, & alij; hoc ipsum
Abbates plures præstiterunt: partim
am, quia opus fuit, ut pluries defen-
entur authoritate Apostolica; Et tan-

dem plures Ordines Nati, & congreg ti in utilitatem Ecclesiæ sub ipso summ Pastore, habuerunt immunitates, & p uilegia, ut liberius Domino seruirent, Ecclesiæ fructificarent; sicuti apparet diplomatibus, atq; decretis Regularıur per quos ubiq; terrarum mirâ Dei pro dentiâ, quæ non est nisi S. Petri Cath dræ concessâ, seruatur, & propagat Catholica Religio, & Diuina fides; summi in terris Pastoris visibilis auth ritas verè vniuersalis ostenditur.

PROPOSITIO X.

S. Petrus Hæresum primus profligat

IN primordijs nascentis Ecclesiæ accid quod quidam Simon Neophytus, fuerat Magus, cùm vidisset, quia per i
Act. 8. 18. positionem manûs Apostolorum dare Spiritus Sanctus, Apostolici muneris a bitione tactus obtulit Petro, & Ioar pecuniam dicens: Date & mihi hanc p testatem: At S. Petrus tanquam prim Simoniaci facti Iudex, pronunciauit ipsum damnationis sententiam; æt namq; perditionem minatus, nisi pœ tentiam ageret. Hoc fuit primum A thema in Christi Ecclesia contra Hæ sim Simonis Magi à S. Petro pronunc tum; quem morem successiuè ad hæc u

tempo

ora seruarunt summi Pontifices, ut
es damnarent non modò infra la-
omanos obortas, sed etiam in qua-
Orbis parte nascentes; ita Victor
no Christi 199. excommunicauit o-
Ecclesias; quæ cum Iudæis Pascha
andum esse tenerent. Damasus
no 373. euocat Antiochiâ Romam
m Apollinaristam, cuius fraudes, &
m detectam in coacto Concilio con-
it. Priùs etiam in An. 369. Da-
Auxentio Illyricis Episcopis Ana-
minatur, & depositionem, nisi
Catholica sistant. Item Anasta-
An. 401. Rufinum; Innocentius
406. Atticum, & Theophilum in
exilij S. Io. Chrysostomi; Imò eti-
cadium Imperatorem, & Eudoxi-
s coniugem separauit à sacris. Cu-
testatis gratiá in conseruationem
m Romani Pontifices etiam de
s ditionibus, pro ut rei meritum
disponunt, & mandant. Quod
ntes, & obtrectantes Hæretici, se-
ogitent, & Christo respondeant.
st faciliùs, dicere; dimittuntur ti- *Matth.*
cata tua; an dicere: surge, & am- 9. 5.
ta, quid est seuerius, dicere; Pe- *Act.* 8.
ua tecum sit in perditionem; an 20.
, & tradere huiusmodi Satanæ 1. *Cor.* 5.

in interitum carnis? Nimirum ut S
sit saluus in die Domini; imò ut
Iob. 2 4 tur incolume corpus; pellem pro
& cuncta quæ habet homo, dab
Anima sua. Quid igitur si omni si
tiâ suâ priuetur homo, ut à Ge
seruetur? Minoris facit salutem æte
qui uel ... uerso mundo non eam p

PROPOSITIO XI

Gentium vocatio, & primi Concilii

Act. 9. PAulus in An. Christi 35. de Pers
re Ecclesiæ mirabiliter factus A
lus cæpit Damasci Christum Dor
annunciare; sed Iudæorum quoru
declinans insidias; iuit in Arabiar
iterum reuersus Damascum post
Galat. 1 tres venit Ierosolymam videre P
& mansit apud eum diebus quinc
Mox vterq; Euangelium prædican
Act. 10. varijs locis; Petrus reuelationem
& 11. & de Gentium conuersione in visione
13. p..ni immundis animalibus; Paul
indè Antiochiæ manifestis Spiritu
cti testimonijs segregatus est cum
naba ad conuersionem Gentium, p
quam Episcopus est consecratus,
dunt Græci, & Latini. Cum ver
Act. 13. ti Iudæorum, & Ethnicorum Ch
& 15. dem profiterentur quidam descen
de Iu

ıdæa docebant fratres, quia nisi cir-
:iderentur, & Moysis legem serua-
, salui esse non possent, factâ ergò
ione non minimâ, statuerunt ut ascē-
ıt Paulus, & Barnabas, & quidam
:x alijs ad Apostolos, & Præsbyte-
ıa Ierusalem super hac Quæstione.
autem venissent Ierosolymam su-
:i sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis,
enioribus annunciantes, quanta De-
cisset cum illis in conuersione Gen-
: Et ibi instituta est prima Synodus,
non sæculi potestate congregata est,
Apostolicâ. Et cum magna conqui-
fieret, surgens Petrus dixit ad eos.
fratres, vos scitis, quoniam ab an-
is diebus Deus in nobis elegit per OS
VM audire Gentes Verbum Euange-
& credere. Et prosequens exemplo
nelij Centurionis Gentilis à se ba- *Act.* 10
ati cum eius Domo, præbuit occasi-
m Barnabæ, & Paulo, ut etiam ipsi
onfirmationem rei narrarent, quanta
ıs fecisset signa, & prodigia in Genti-
per eos. Hoc ipsum Iacobus ex Pro- *Amos.* 9
ta Amos confirmauit; quamobrem 11.
nimiter concluserunt Synodum, vt
cum literis Antiochiam mitterentur,
ıuibus oborta quæstio decidebatur sic.
um est Spiritui Sancto, & nobis, ni-

hil ultra imponere vobis oneris, c
hæc necessaria: ut abstineatis vos al
molatis simulacrorum, & sanguine
suffocato, & fornicatione, à quibu
stodientes vos, bene agetis. Valete
hac Synodo Idæam Conciliorum N
tores inspiciant; & considerent: Pri
quòd extra Synodum Petrus iam c
stionem decideret; & ideo post fac
Act. 2. cum disceptarent aduersus illum, qu
rant ex circumcisione dicentes: Q
introisti ad viros præputium haben
Petrus demonstrans se bene fecisse,
posuit illis silentium. Secundò Pe
Synodo præest; & quamquam Paulus
Galat. 2 reuelationem Iesu Christi Euangelium
ceperat, tamen ascendit (ut ait ip
secundum reuelationem. Tertiò q
fuit Apostolorum benignitas *nihil u
imponere oneris* non autem quod ipsi
haberent authoritatem imponendi o
seruandum; & pro ratione temporis
illo decreto, includunt etiam abstin
tiam à sanguine, & suffocato; prop
rea hæc non Diuina, sed Apostolor
Præcepta nuncupantur, Act. 15. 41.
hac simili forma in sæculis subsequen
bus celebrata sunt Concilia quæ ab
ciesia Catholica approbantur. Vt in i
leges, & decreta lata; & Ecclesiæ F
man

næ Primatum, & authoritatem co-
itam, & nullam sæcularis iuris inter-
stionem obseruare possimus.

PROPOSITIO XII.

Romanæ Ecclesiæ incrementa.

Oma Populorum cladibus mundi prin-
cipatum obtinuerat, ut miro Dei con-
o pateret undequaq; ostium ad Euan-
ij propagationem: S. Petrus postquam
ias orientis plagas doctrinâ illustra-
it, Antiochiâ Romam se transtulit;
i Cathedram suam in Christi sapientia
nstituit; Peragrabat occidentis regio-
s, ut omnibus prouideret; verumta-
n diuturniores Romæ moras protra-
bat; ubi tandem & Pauli consortium
buit; quicum Catholicæ Religionis
damenta iecit altissima, super quibus
les, & Ecclesia stabiliter ædificabatur
sæcula; dum Tyrannorum sæuitia Mar-
es Christi cælo immolabat; quorum
guis affatim Romæ diffusus, clama- *Apoc.* 6
: ad Deum, ut prosterneretur illa Ba- 10. & 19
lon Abominationum, quæ tot mon- 21
a vniuerso pariebat Orbi, quot fermè 1 *Petr.* 5.
peratores dominabantur. Prima erant 13.
rannidis victima Romani Pontifices,
orum viginti nouem pro fidei confessi-
e Martyrium subierunt: sanctitate vitæ
septua-

ſeptuaginta duos, an octoginta, proc
dubio refulgent, inter 244. qui ad pr
ſentem diem in S. Petri locum ſunt ſu
ſtituti. Deus immortalis, quæ uſpi
locorum ſedes tot protulit ſanctitatis g
mina, ſicut una Roma? Portendebat
quid magnum ex eiusmodi principij
Dumq; ex omnibus mundi partibus aff
ebant populi Romam, magis Chriſti d
ctrinâ illiciebantur, quàm terrenæ D
minationis inconſtantiâ: hinc enim an
pitem mundi ſortem, iacturam reru
certam, vitæ ipſius caſum immine
tem abſq; ulla ſpe retributionis æter
præſtolabantur; Inde autem &
temporalis vitæ iacturam fecerint,
detrimento lucrum ingens reponeban
Quamobrem qui pro Chriſto Domi
minimi vitæ uſuram habebant; mino
res omnes mundi facere gloriabantu
Propterea & Sanctæ Sedi pretioſa d
naria offerre, & bona inſcribere; q
bus templa ædificarentur, fidelibus
pem ferrent, hoſpitio reciperentur P
regrini, & alia pietatis opera fieren
æmulabantur. Quis enim libentius ſ
ſuaq; Deo non offerat, quàm ſæculi v
nitatibus, ſi quando seriò de animæ in
mortalitate recogitet? Hic enim
Chriſtianæ Fidei magnes, quo poti
trahan

hantur homines in obsequium Eccle-
, quam Principum. Qui si proinde
tholicæ Ecclesiæ pietate non fuerint
biles, neq; populos exemplo præcesse-
t; fouent contra se ipsos feralis exitij
ncipia. Vnusquiq; enim veritatis a-
ore trahitur; & quoties in se conscien-
veri boni pungitur, toties in contem-
um illarum rerum effertur, quæ boni
ecutionem sibi præpediunt; & ad ea
entem conuertit, quæ sunt æternæ sa-
tis media. Itaq; Euangelij documen-
Romani Pontifices verbo, & exem-
o docentes, homines ad se post Chri-
um sequendum trahebant; inter quos
Constantinus magnus accessit, qui
mpublicam Christianam gloriosè eue-
t, & per Sanctum Siluestrum Ecclesiæ
atholicæ inscriptus, authoritatem Se-
s Apostolicæ decorauit. Nam & Ro-
â Bizantium decessit, Italiæ regnum
elinquens Sacro Regimini, quod no-
erat Politiâ terrenâ longè præstantius.
apientiæ enim Diuinæ est, ut per se *Prou. 8. & 9.*
Reges regnent, per se Principes impe-
ent, & potentes decernant iustitiam.
Quapropter etiamsi humilitatis Aposto-
icæ methodum imitati plures Pontifices
elinquerent sæcularia sæcularibus; ta-
nen populorum obsequium, & Princi-
pum,

pum, clarè profitebatur, quod Petro
beretur Imperium. Legebat in ipso
gnitatis Nomine IMPERATOR fat
Anagramma: ROMA PETRI. Et in
rim cum exteræ Nationes non desi
rent Italiam cædibus funestissimè pert
ctare, ansam præbuit, ut abutentes ma
suetudine Pontificiâ, authoritatem I
Matth. 24. 30. Christi in ipsa venerarentur; nam qui v
nit humilis in hunc mundum; in virtu
multa, & maiestate se venturum in fi
mundi promisit. Cùm igitur finis sæc
lorum in dies instare magis videatur; m
rum non sit, si Christi vices in terris g
rentes virtute, & Maiestate sint auct
Quid enim secus facerent de ipsis, si a
huc Maiestate pleni contemnuntur? A
debuerant semper mactari Pastores, ta
quam Oues occisionis, sicuti Christus D
minus? Quomodo cognosceremus Pet
electionem super cæteros Apostolos
minentiùs à Iesu Christo promissam,
in successoribus Apostolorum æqua omn
um sors, & nullius ostendatur propago
Quomodo autem id fieri potuisset, ni
etiam quod in oculis mortalium affulget
terreni Principatûs potentia accesisset
Ah nimirum vellent Hæretici, ut Pap
in terris sortiretur illum omnino habi
tum, quo indutus Pastor omnium æter-
nus

nus I. C. D. N. cum hominibus conuersatus est, ut facilius ipsum possent de medio tollere, & crucifigere. Sed aliud est Dei consilium; nam Romani Pontifices Regum, Principum, & populorum studio defensi, dum sanctissimis dominantur legibus, & Euangelij Politiâ utuntur, etiam si regna ab ipsis Apostasiæ libertate deficiant, semper tamen vegetiores assurgunt. Quis enim non miretur adhuc pro Sancta Sede Orbem terrarum pugnare contra Insensatos? E contra ubi defecerunt, seipsos ad internecionem usq; in Bellis desæuire? Hæreson messis, strages, & Bella; sed sanè mirum, quod armis, & sententiâ contra se pugnant Hæretici. Dum enim volunt Ecclesias sæculari Potentiæ subiectas, quare non tolerant sæculi potestate Clerum potiri? Quare in Imperatore ipso supra se Dominium detestantur? Quoties enim Techelium euocarunt contra legitimum Imperatoris possessum? Et quod recentissimum est, quare Guilielmus Princeps Oranges in alienum Britanniæ regnū irrupit? Ah videlicet miseri, doctrinam perhibent ad demoliendum Petri Principatum: Opera autem exercent, ut dominentur in Cleris. Quod ergò ipsi cogitant, quod si omnes terræ Principes Sap. 5. 21.

essent

essent v. g. Protestantes, cito terrarum Orbis Lutherum veneraretur, sed contra torrentem nituntur: Ita Diuina prodentia disposuit, ut solus Petrus in successoribus & claues regni cælestis pro mansuetis terræ obtinuerit: Et gladios terrenæ potestatis contra rebelles perstrinxerit: Quare & qui bene agunt non habent, quod timeant potestatem; & qui malè agunt, si Petri potestati resistunt, verè Dei ordinationi resistunt; & timeant.

Matth. 16. 19. *Luc.* 22. 36. *Rom.* 13

CONCLVSIO

SI ergò Christus Dominus hæres Vniuersorum (p. 1.) Ecclesiæ suæ Testamento legauit omnia, (p. 2.) Et electione suum regnum constituit, (p. 3.) Quis deroget Pontificiæ electioni? (p. 4.) An quia summa Sacerdotij authoritas Euangelicam regiminis methodum negligit? (p. 5.) sed nihil est vitij, quod in publicum Ecclesiæ bonum deducit. Christi sumus omnes Oues? simus & Petri. (p. 6.) Sed eius successores excedunt? At quæ Principum series nunquam excessit? vitium, non Ministerijs à Deo institutis, sed ministris tribuetur, quia homines sumus. Præesse; sanctitatis, & justitiæ est; vnde Ecclesiastica Hierarchia ordi-

ordinem ſortitur poteſtatum. (p. 7. & 8.) Vitium etiam Principes ſubigit. Videas in Eccleſiæ naſcentis ſpecimine; (p. 9.) Nihil habentes, omnia poſſidentes; Et qui nihil de hoc mundo volunt, dum nihil timent; omnia faciunt, quæ volunt. Dei voluntatem facere geſtiunt, ſiue abundent, ſiue deficiant; an non hoc imperare eſt? Hæreſes tollere, (p. 10.) Gentes in obſequium fidei ſubmittere; (p. 11.) Quid ſentiendum in Concilijs, & extra ipſa, decernere; ſanctitatis, & iuſtitiæ geſtis, etiam temporali regno potiri; (p. 12.) non violentiâ, non cædibus, non bellis, ſed manſuetudine, ſed fidei confeſſione, ſed Euangelicâ pace, an non hoc præclarè dominari, & regnare eſt? Verum ratio ſtatûs tantæ authoritati aduerſatur. Quæ ſtatûs ratio? An ea, quæ Orbem terrarum iudicat in æquitate? ſed iuſtitia ſine vera Chriſti fide eſſe non poteſt. Igitur ſi Ratio ſtatûs Iuſtitiam ſectatur, & fidem; robur habet à veræ Eccleſiæ Optimatibus, quorum eſt unus conſeſſus ad S. Petri Primatum, ut per ipſos Evangelij ſapientia diſponantur omnia. Si verò Ratio ſtatûs ſine Iuſtitia eſt, Amentia eſt, quæ fidem conculcat, & populos perdit, & Principes.

2 Cor. 6. 10.

ARGV-

ARGVMENTVM VIII.
De vtroq; Hæreditatis Fidei Teſtamento.

PROPOSITIO I.
Sacra Biblia ſunt Dei Teſtatoris inſtrumenta.

Pſ. 104. 8. SAcris Biblijs obſignauit Deus ſuæ voluntatis Teſtamentum, quod mandauit in mille generationes. Cùm autem immortalis ſit Deus, ut vetus Teſtamentum innouaret, ſicut hoc ſine ſanguine dedi-
Exo. 24 8. catum non fuit; ita novum ut ſanguine dicaretur, factus eſt Homo Deus. Teſtamentum enim in mortuis confirmatũ
Hebr. 9. 17. eſt; alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt. Allegoricè enim moriebatur in priori Teſtamento Teſtator, qui per carnis humanæ aſſumptionem propriè mori volebat in Nouo; quamobrem illud huius figura fuit; ſicut Animalium ſacrificia deſignabant Chriſti Domini mortem, qui per Spiritum Sanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. Quæ cum ita ſint, quis æternæ Hæreditatis, & Fidei Teſtator, niſi Chriſtus Deus homo? Quod autem Teſtamentum, niſi Reuelatio veritatis, & Diuinæ Volunta-

tatis beneplacitum: Quæ autem sub-
ntia rerum, nisi ut suis disponat Re-
um in hoc, & futuro sæculo? Quid
ur Biblia, nisi Instrumenta ipsa, in
bus Dei Testamentum scriptum repe-
ir? Oportet ergò Testamentum ipsum
ius quid esse scripturis; cum sit ipsa vo-
tas Diuina, & hæreditatis dispositio
pturis manifestata, & Fidei Veritas.

PROPOSITIO II.

mnium Bibliorum sensus, & scopus.

Portet etiam Testatoris unam esse
mentem, cuius immotæ voluntatis
ositio unâ fide innotescit. Quamo-
m etiamsi nullæ in Ecclesia Dei ex-
ent scripturæ, tamen cum Fides Ca-
lica in mente Fidelium Spiritu San-
inscripta, traditione ipsa perseveret;
stamentum quoq; ipsum à Domino ho-
ibus traditum seruaretur. Et hoc
dem Authenticum est, & in u[illegible] sen-
& intelligentia firmatum, qui[illegible] Te-
oris una mens est. Mox verò Spiri-
Sancti flamine literis commendatum,
n uno tempore, neq; ab uno homine,
varijs temporibus in partes, & diuer-
s hominibus; quorum operâ diuersa vo-
ina in unum compacta, Biblia Sacra
stituunt, quæ vetus, & novum Testa-
mentum,

mentum, metonymicè nuncupamus. H
ſcopus eſt, Dei, & Chriſti Domini Te
mentum veritatis manifeſtationem, m
Rom.15 tem, & voluntatem ipſius Dei literis
4. primere ad utilitatem *Eccleſiæ* milit
tis. Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad
ſtram doctrinam ſcripta ſunt: ut per c
2Tim.3 ſolationem ſcripturarum, ſpem hab
16. mus. Inde enim habemus fontes ad
cendum, ad arguendum, ad corripien
ad erudiendum in Iuſtitia fidei plurim
qui velint ſanam doctrinam amplec
Quamquam ergò fides, & notitia Te
menti ſit vna; tamen intelligentia
bliorum multiplex eſt. In ſenſu en
literali, & hiſtorico non omnia reſp
dent menti Teſtatoris; neq; ſi omnia
Myſticum ſenſum transferantur, conc
dare poterunt Authentico Teſtament
cuius integra notitia eſt in fide integ
Quis enim dicat Hunc, vel illum libr
ſcripturarum eſſe Authenticum Dei T
ſtamentum? Potius enim copiæ ſunt
lius ſcripti originalis, quod integr
nullibi fortè extat; ſi autem extar
nunquam tamen eſſet in verbis ſcrip
Teſtamentum æternum, ſed in ſenſu,
intelligentia ſcripturæ ad mentem T
ſtatoris, quæ potius in mente fideli
recepta ſeruatur, quàm in ipſis ſcriptu

qu

e indigent lectione, & interpretatio-
, ut intelligantur: & quarum plenissi-
s sensus patebit in gloria.

PROPOSITIO III.

Litera occidit; Spiritus viuificat.

Icèt ergo scriptura Diuino afflatu scri-
pta vnum habeat veritatis sensum,
a veritas una est: tamen quia Deus in
ous ipsis ordinem voluit; alia quidem
sensu literæ patere voluit, alia obuol-
, ut temporibus suis manifestarentur.
eo ad Romanos inquit Apostolus se Rom.16
edicare Euangelium secundùm reuela- 26.
nem Mysterij temporibus æternis ta-
i, quod nunc patefactum est per scri-
uras Prophetarum: id est secundùm in-
pretationem spiritûs. Constat enim ex
tibus Apostolorum, quod Iudæi, qui Act.17.
em ab Apostolis edocebantur; erant 11.
otidie scrutantes scripturas, si hæc ita
haberent. Inde ad Corinthios scri-
tur. Quod Deus idoneos fec. Mini- 2.Cor.3.
os noui Testamenti; non litera sed
ritu; litera enim occidit, spiritus au-
m vivificat. Tunc nimirum, cum Chri- Luc.24.
s aperuit illis sensum, ut intelligerent 45.
ipturas eos Euangelij Ministros idoneos
nstituit. Quas si ad corticem literæ
sensum historicum interpretati fuissent,

ubi illarum ſubſiſteret veritas? Spirit igitur diſcerni debet ſcripturarum veri tas, ut ab ipſis tollatur velamen; & mul tò magis à cordibus hominum. Igitu ſupra ſcripturas Spiritus Domini requir tur, pro illarum intelligentiâ: Quom do ergò ſtatuant Hæretici Biblia ut di rimentia controuerſias in fide, & non po tiùs Domini Spiritum, quo Noui Teſta menti Miniſtri vivificantur? Si enim Pri mitiua Eccleſia eſt forma futurorum, cer tè Apoſtoli ſine ſcripturis noui Teſta menti, erant idonei Miniſtri Eccleſiæ, non literâ, ſed ſpiritu. Qui ergo ad præ ſens literâ, & nō ſpiritu Miniſtros Eccleſi conſtituunt, in conſortio Eccleſiæ Catho licæ, & Apoſtolicæ eſſe non poſſunt.

PROPOSITIO IV.

Interpretatio Scripturarum.

2. Petr. 1. 20. IDcircò qui literâ tantum militant, & non ſpiritu, proprias interpretationes contra S. Petri effatum ſibi fingentes i diuerſa abeunt, & abſurda pronunciant Profectò Sacris Biblijs innixi, omnes hæ retici fidem, & Eccleſiam aggreſſi ſun Nè igitur erremus, ſcripturarum inter pretationem excipere debemus à princi pio, quod errare non poſſit. In conſenſ autem plurium ad viſibile Caput, quali eſt in Eccleſia Catholica, non poteſt eſſ

error;

or; quia si contingeret in illis, quan- magis in alijs, ubi pauciores consen- nt? Et si in pluribus Spiritus i non est ad constituendam suam Ec- siam, quomodo pauciores ædificant? id enim sim certior de veritate à pau- ribus mihi testificata, quàm à pluri- , cum vtrinque non maiore militent natu, quàm naturali? Sic ergo nisi rium testimonio veritas fidei compro- ur potiùs, quàm pauciorum; non ac- ente ab alterutro ipsorum aliqua su- naturali gratiâ, quomodo potiùs his, àm illis credere debeam? Igitur scri- rarum vera interpretatio dumtaxat Ecclesia Catholica est; quæ ad hære- atis fidei conformitatem ex Concilijs, SS Patribus suam roborans traditio- n, inquit cum Propheta: Loquar Pro- itiones ab initio; quanta audiuimus,
cognouimus ea: & Patres nostri nar- Ps.77.3
erunt nobis, non sunt occultata à fi- corum in generatione altera.

PROPOSITIO V.

Doctores Fidei Catholicæ.

Doctrinæ autem Catholicæ adstipulantur scriptis SS. Doctores defuncti; dio, & operâ viuentes Theologi; I enim fit, ut omnium sæculorum con-

ſenſu Eccleſia militans veram habeat ſacræ ſcripturæ intelligentiam, & interpretationem; olim enim Epiſcopi, quorum primarium munus eſt Doctoratus, dum Oecumenica celebrabant Concilia, ſtudium, & operam attulerunt, ut ſuis decretis & illuſtraretur ſenſus Bibliorũ, & erudiretur Eccleſia in ijs, quæ expreſſè à ſacris literis non habemus. Quemadmodum verò in Biblijs intelligendis oriri poteſt difficultas, quare pariter non in ſcriptis Conciliorum, & Sanctorum Patrum? Igitur ſicut viuentes in Eccleſia Doctores ſcrutantur ſcripturas alias, quando in aliquâ eſt difficultas, & conferunt cum ſcriptis probatorum Authorum, & Conciliorum; ita faciunt & in occurrentibus difficultatibus circa ſcripta Conciliorum, & SS. Patrum; & cum plurimorum Doctorum ratio, authoritas, & conſenſus in vivis concordat cum ſcriptis Anteceſſorum; an non adhærendum potius his, licèt adhuc in terra viventibus, quàm alicui particulari, qui iam deceſſit, & potuit in aliqua re, vel inadvertenter, vel quia tum res nondum erat manifeſtata, decipi? ſcripturæ enim omnes ſuis non carent difficultatibus; quibus occurrere debet potius Vniuerſalis Eccleſia, quàm particularium hominũ autho-

authoritas. v. g. in Biblijs Christus prohibet ne iuremus omnino; quid inde si Catholica praxis in iudicijs iuramenta exigit? prohibet ne occidamus; quid inde si publicâ authoritate facinorosi homines adiudicantur ad mortem? Quòd item in sacris literis facilè reperitur, passim etiam in scriptis Concilijs, & in SS PP. libris reperiri potest; ut viuentiũ Doctorum, & Theologorum interpretatione opus habeat. Qui consensus Doctorum viuentium cum mortuis nunquã repertus in sectis, in quibus vnus aduersus alterum inflatur pro alio, & quisq; sibi sapit, clarè demonstrat, eos non esse in Ecclesia Catholica; cuius Professio est, idipsum sapere in alterutrum secundùm Iesum Christum.

Matth. 5. 34. Marc. 10. 19.

1. Cor. 4. 6.

Rom. 15. 5.

PROPOSITIO VI.

Ecclesia Catholica decernit scripturas Canonicas.

Est etiam in Ecclesia Catholica authoritas decernendi de scripturis Canonicis. Ridiculum est enim putare, quod omnia Biblia simul fuerint statim pro Canone fidei recepta, cum diuersis temporibus scripta sint, & à diuersis Authoribus. Itaq; tempus ipsum, & Doctorum consensus, & librorum comprobata doctrina, Ecclesiæ Præsulibus lumen inges-

ſere, vt modò hæc, modò illa ſcrip Bibliis Sacris accederent; præter hc cum ipſa Biblia à diuerſis fuerint tran lata, à quibusdam etiam infideliter, a alijs vel temerè imminuta, vel aucta utiq; in horum varietate requiritur Iude qui diſcernat legitima, & canonica a alijs; eaq; ſeruet poſteris integra, & in corrupta. Hoc ipſum de ſcriptis Sa ctorum Doctorum, & Conciliorum co tingit; ut mirum ſit, quod cum Hæret ci adducant, quod multa Concilia err uerunt, & SS. PP. in ſuis ſcriptis erran teneantur fateri, quod neceſſe eſt, da Iudicem in Eccleſia, qui determinet, qu Concilia ſint reprobata, & quæ ſint le gitima; item quorum ſcripta ſint tener da, & quorum reijcienda, dijudicet; tandem in ſingulis quid ſentiendum Quod officium cum ſibi uſurpent, euen inconſultò, ut cum inter ſe non conſer tiant, extra gremium Eccleſiæ Catholi cæ vagari pauperculi deprehendantur.

PROPOSITIO VII.

Omnia Religionis, & ſingula deduci ne queunt ex Sacris Biblius.

Io.14.26 OMnia enim à Spiritu Sancto ſugge renda promittuntur in Eccleſia iuxt temporum exigentias, quæ pro tunc a Apoſtolis ferri non poterant; Fruſtra au tem

em eſſet eiuſmodi ſponſio, ſi omnia re-
quiſſent ſcripta; & quid ulterius de fi-
e diſputaremus? Multa enim (ait Ioan- *Io. 20.*
es) & alia ſigna fecit Ieſus, quæ non *30. & 21*
unt ſcripta, quæ ſi ſcribantur per ſingu- *25.*
a, nec ipſum arbitror mundum capere
oſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros;
am faciendi plures libros nullus eſt fi- *Eccl. 12*
is; quamobrem ſi ad hæc uſq; tempora *12.*
ixiſſent Apoſtoli, habuiſſent in occur-
entibus fidei difficultatibus materiam no-
am ſcribendi, & ita uberiùs informan-
i Eccleſiam. Sed non eſt abbreuiata
anus Domini, cui poteſtas æquè eſt hos, *Iſa. 59. 1*
el illos aſſumere in miniſterium ſuum
d ædificationem Eccleſiæ ſuæ, quam per
gitimos Apoſtolorum ſucceſſores ſem-
er protexit. Quis enim ex Biblijs de-
ucet, quod hæc & non alia ſcriptura
Canonica; iſti & non, alij homines *Rom. 13*
nt veri Epiſcopi, & Principes in Eccle- *5.*
a, ut illis ſecundùm conſcientiam pare-
mus? Item quis ex Biblijs oſtendat quod
oc Symbolum ſit Apoſtolorum; in Ec-
leſia fuerint hæreſes damnatæ à legiti-
is Concilijs poſt obitum Apoſtolorum;
mille alia eiuſmodi, quæ temporum
iuerſitas intulit? An non & alia in po-
erum reuelanda ſunt ad diem extremũ
dicij? In ſacris igitur Biblijs uniuerſa-

liora

liora ſunt fidei, & morum principia
ſed tamen inde non valet Argument
tio negatiua ad ſingula; ut ſi quis dic
in Eccleſia non debere eſſe ius gladi
& non eſſe fabricanda templa; quia ha
Apoſtolorum tempore fuiſſe, ſcriptu
non dicit. Quòd verò non dicit, ne
contradicit; ſed decidendum, & dete
minandum relinquit ijs, qui poteſtate
regendi Eccleſiam legitimè accipiunt.

PROPOSITIO VIII.

Hæreticorum Fundamentum inſufficien.

HIs præmiſſis concluditur, quàm
inſufficiēs pro Religionis veritate fu
damentum Hæreticorum, qui ponunt
principalibus ipſorum Articulis illud
num eſſe, vt ait Lutherus in Ep. ad I
Ducem Saxoniæ ſub die 29. Aug. 153
& alibi paſſim cum alijs; quod nihil
Eccleſiæ ſit faciendum, aut docendun
niſi in Verbo Dei, hoc eſt in ſacris ſcr
pturis certiſſima habeat fundament
Alii addunt pro Regula fidei etiam Syn
bola. Sed utiq; eiusmodi propoſitio
in ſcripturis non reperient; & vtina
in Eccleſia Hæretici nihil facerent, a
docerent, niſi quod certiſſimis fundame
tis reperiunt in Bibliis faciendum, a
docendum; hinc enim non turbâſſe
Eccle-

cclesiam, sed Prælatis illius obedissent. rustra autem per illos toties inculcatur bedientia exhibenda Prælatis; nam si ihil est faciendum nisi quod in scripturis extat; satis erat potius præcipere, ut bediremus scripturis, & non Prælatis *Hebr. 13 17.* uasi pro nobis rationem Deo reddituis. Ita etiam si nihil aliud docendum, uàm quod in scripturis limpidè patet; uid ultra quærimus supra Bibliorum letionem? satis erit omnibus legere Bilia, aut audire legi, & nihil ultra conionari, ex quibus ampla erit occasio santificandi quascunq; actiones, quas humaa libido prætendet: sic enim poterunt um Origene se castrare; cum Nicolaitis xores in commune deferre; & cum aliis naliguis Euangelij interpretibus talia parare, qualia narrat Augustinus Tract. 51. n Io. ut flammis se donent, aquis se præocent, præcipitio se collidant; quia criptum est: qui amat animam suam, erdet eam. Sed ubi reperient in Bibliis Missæ Sacrificium esse abolendum; vota astitatis soluenda; statutis diebus non esse ieiunandum; non debere exstare Confessionis præceptum; neq; oportere numerare omnia peccata, quoad fieri otest: Quod Ecclesia solis iustis homiibus coalescat; Papam esse Antichristum

ſtum ; à multis centenis annis non fuiſſe fidem veram in mundo, & huius not alia abſurda, quæ paſſim afferit Lutherus, & alij Hæretici? nam ſi dicunt ſe iſ deducere per interpretationes ſcripturarum ita etiam Hebræi futilibus interpretationibus eludunt ſcripturas, quibus Meſſi probamus. Præterea ubi reperiunt in ſcripturis mortuos eſſe Apoſtolos? An propterea debemus docere non eſſe mortuos? vbi quod in Eccleſia Chriſti debeāt fieri bella An propterea deterrendi ſunt Chriſtiani Principes à iuſtis Bellis? vbi, quod Clero, &
Exod. 32. Epiſcopis bellum non competat, cum ſi actus iuſtus? an propterea armis inſtruendus eſt Clerus? Et tamen Tribus Leui in Idololatras arma mouit. Si itaque ſolis contenti ſcripturis, & non utantur diſcretis interpretationibus ad mentem Eccleſiæ; non modo ab Eccleſia diſſidebunt; ſed ne ullam quidem ſectam profitebuntur; nam Hebræi, Ariani, Anabaptiſtæ, Lutherani, Caluiniſtæ, & ſingulæ ſectæ, ſcripturis eiſdem ſe tuentes, iuxta ſingularum diſtortam interpretationem hoc faciunt.

PROPOSITIO IX.

Obſtinata Improbitatis cæcitas.

Prou. 8. 1. O Vtinam veritatem omnes ſeriò diligerent, & inquirerent! Nunquid non

ſapi-

pientia clamitat, & prudentia dat vo-
m suam? ubiq; locorum scriptura cla-
itat, & genuinis Sanctorum Patrum
terpretationibus lapides sanctuarii in
pite omnium platearum ad viam salu-
s reuocant errabundos. Nulla enim re-
o, nulla natio est, quæ non habuerit
nctissimos Viros, qui scriptis, & factis
steros docuerunt fidem Catholicam;
d quid? continuerunt aures suas, & ve- *Act.* 7.
ficâ libertatis incantatione decepti, spi- 56.
um vertiginis conceperunt, ut viden- *Matth.*
s non videant, & audientes non in- 13. 13.
lligant. Nonne nos ab Hebræis Apo-
lis didicimus fidem? Hebræi autem
n credunt. Nonne nos Græcos SS.
P. amplectimur? Græci tamen Schisma-
fouent. Nonne nos Germaniæ lumi-
veneramur, prima Anglicæ sanctitatis
ecimina retinemus, inclytos Sueciæ,
tres obseruamus, & qui primam Euan-
lii lucem vbiq; locorum attulerunt plu-
ni ducimus; ipsi autem pro nouitate
ctrinæ recesserunt à nobis & illis!
uid habent modò sanctius ex noua Re- *Matth.*
gionis hypothesi? Vt cæci sint, & du- 15. 14.
s cæcorum: sicut populus, sic Sacerdos; *Isa.* 24.
nsiderantes in oculis fratrum festucam 2.
in oculis propriis trabem non viden- *Matth.*
s. O si seriò se se applicarent lectio- 7. 4.
ni

ni Sanctorum Patrum, Sacrorum Can num, & scripturarum assertis, quomod lucem meridianam veræ fidei non inu nirent? sed se applicant, non amore vi tutis, non humili cordis deuotione, n stimulo veritatis; sed solum ut censura ipsis apponant, vel vt exinde rudera co ligant, & iaciant in Pontificios. Ah m seri Nouatores! Nonne vos vestrâ Relig onis reformatæ methodo parâstis abst nentibus opiparam mensam, contine tibus libera coniugia, operantibus, otiu actionum in sola fidei confidentia? & t men in vniuerso mundo, ferunt Presb teri, & Monachi contra seipsos sentent am, ut ieiunent, ut contineant, ut bon attendant operibus. Quid est iste in ipsos rigor? ut damnentur æternùm, ut consulant conscientiæ? Mementot quod quando vestram confessionem A gustanam non approbauerunt Latini, cù eand[illegible] ad Græcam Ecclesiam detulisti ut a[illegible]ui cohærentes Ecclesiæ videremi tale recepistis responsum, quo poterat dignoscere penitus vos à veritate C tholica seiunctos errare. Stanisl. Socol vij de censura Orient. Eccl. Patriarch Constant. Hierem. ad Germ. Doct. Iac bum, & Mart. Crussium.

PROPOSITIO X.

Notæ veri Fidelis.

[N]E igitur tantis opinionum tenebris
in sensu scripturarum obuolvamur,
nsiderabimus veri fidelis notas in No-
ipsis; Quid enim alios iudicemus, & *Tob. 4.*
n præferamus illud: Attende Tibi? 13.
id prodest mihi totius mundi salus *Matth.*
n animæ meæ detrimento? An non 16.
us primò mihi me ipsum commenda-
? Quid ergò à me per sua Sacra Bi-
a, per Fidei donum requirit, nisi ut *Luc. 16*
dam rationem villicationis meæ? Ec- 2.
ego sto coram Deo, & non mentior:
neq; meipsum iudico; nihil enim mi- 1.*Cor.4.*
conscius sum; sed non in hoc iustifi- 4.
us sum: nam substantia mea tanquam *Ps 38.6.*
ilum ante te; vniuersa vanitas omnis
no viuens: Et quota sum ego pars
uersi? Quota pars hominum? Et quid
i comparatione permanserim, [illegible] ani-
am minor sum nihilo? sed qui cr[illegible]auit
, nouit omnia sua; & qui redemit
, Iudex est meus; Fides sine dolo i-
m non latet; nouit donum suum, &
od comminiscitur homo, vide, ne ma-
a tua te condemnet; & ne dubitati[illegible]
nscientiam increpet. Ne concupiscen- *Thes. 3.*
tuâ terrena sapias; & quæ sunt æterna
desi-

desipias. Scrutare scientiam, & ignoran-
tiam tuam, & quibus Magistris operam
dederis. Scrutare quorum delecteris le-
ctione, & an simplex intentionis oculi
te confortet. Hæc est enim summa re-
rum, ne bona diiudices tibi, quæ in tem-
Luc. 12. 46. pore placent. Post hæc enim æternita
& pars hypocritæ cum infidelibus. Tu
igitur fidei fundamentum certum requir
nam fides ipsa scripturis est excelsio
Eph. 11. 20. qua sumus superædificati super fund
mentum Apostolorum, & Prophetarum
Traderes omnia mundi pro veritate
dei, quam tenes? Te ipsum in atrocissi
mam mortem traderes, & diuturnu
Martyrium? sed nondum satis. Cred
Tibi? Decipieris. Credis aliis? & quibu
Illustra Domine, tenebras ad te since
clamantium; ut cognoscant, quod cora
te pacem reperiunt solum, qui Catho
cæ inhærentes authoritati fidem cor
profitentur, & opere.

PROPOSITIO XII.
Obiectionum Solutiones.

OMnia contra rectam fidem argume
ta necesse est esse solubilia; quia su
contra veritatem. Quamobrem nesci
obiectis respondere, non prouenit de
ctu Theologicæ facultatis, sed ignora
ti

Theologi, quæ non poteſt derogare
ritati. Aliqui vocibus obruunt, vt
cere videantur; ſed negotium fidei
tum eſt, ut animo ſedato tractari de-
t, & potiùs ſcriptis ipſis elucidari in
ma dialectica, ut ad indiuiduam diſ-
itatem deueniant. Quædam addu-
tur omnino falſa, & per calumniam
geſta; quædam quæ non probantur;
his ſimplex negatio ſatisfacit. Quædã
feruntur ex malis Catholicorum mori-
, ſcandalis, faſtu, & huiuſmodi; ſed
re inconueniens, non eſt ſoluere quæ-
nem; quid mores cum veritate fidei?
è ſi ex principio fidei malè agerent,
e redarguerentur; ſed in Catholica
leſia qui vivunt ſecundum fidem, ſan-
imè vivunt, ſicut patet in exemplis
Caroli, Philippi Nerij, Franciſci Sale-
Roſæ Limanæ, Magdalenæ de Pazzis,
iorum, qui vixerunt hoc ſæculo. Sed
quid inter Hæreticos, & Infideles non
mali mores, & peccata, & ſcandala?
ant hoc ignaris; ſed me in teſtem
vocent. Vbiq; homines; interim
parco. Alia opponuntur, quæ ſpe-
t tranſitorium ſtatum rerum, in qui-
Chriſti fidelis non multum debet im-
ari, ne propter tranſitoria amittat æ-
um. Ne dicas; monet Eccleſiaſtes;

Eccl. 7. 11. Quid putas causæ est, quod priora tem-
pora meliora fuêre, quàm nunc sun
stulta enim est huiuscemodi interrogati
Alia ex scripturis deducunt; & primò
his oportet videre quas scripturas ten
ant; & si concordant cum nostris, inte
pretentur ad sensum Sanctorum Patru
& Conciliorum, & Ecclesiæ Catholica
inde enim fiet quòd ipsorum interpret
tio non sit tantæ authoritatis, ut pro ip
debeat Ecclesia vniuersalis spoliari s
traditione, & possessu: sicut ex noua T
stamenti alicuius interpretatione qu
quam hæreditatem non inuadit, qua
alius à multis annis possedit; & etia
si Authorum interpretatio esset hinc
de ventilabilis, tamen semper maiore
habet authoritatem, qui prior est jur
& consuetudine, & possessione. Quom
do ergò Nouatores possunt suis fide
interpretationibus, quas alij aliter add
cunt? Cùm ergò exinde nullam habea
maio[illegible]m intelligendi claritatem, ra
fide[illegible]xigit, ut maiori credant authorita
quàmLutheri, Caluini, aut cuiuspiã alte
Hæretici. 2dò in Sacris scripturis opor
considerare circumstantias in quibus. fi
runt scriptæ. Inde enim quâdã human
rerum exigentiâ colligetur, quòd ali
conueniebat Ecclesiam esse in prim
dijs

s,aliter nunc; & alijs olim difficultatibꝰ
currere, alijs modo; ut infra patebit.

PROPOSITIO XII.

Responsis Responsa.

Espondent etiam Hæretici Catholico-
rum Argumentis, quia ut alibi dixi,
lla est tam clara demonstratio, quæ
ponsis non possit illudi; & disputan-
nullus est finis; cùm verò facilius sit
struere, quàm ædificare, ut ait Arist.
eo etiam veris argumentationibus ne-
tionem adijcere quisquam facilè potest;
d quod negationem ipsam veram esse
monstret; hoc opus, hic labor. Pro-
erea contentionibus verborum nihil e-
ncitur; & cum fidei conclusiones ha-
ant quidem rationabile obsequium,
non euidentiam demonstrationis;
tat ultimò, ut credamus authoritati.
cipe igitur quamcunq; fidei controuer-
m, pro qua hinc inde constituantur
putantes e. g. Catholici, & Prote-
ntes. Certè si illa esset evidens, facile
nvenirent; quia in evidentia non con-
git vniversalis cæcitas, si autem non
evidens, Disputationi subiecta; pu-
nt protestantes, aut Catholici, quod per
cursum possit euinci? Evincetur certè
aliquo, qui erit magis potens in script. *Act.* 18.
, & Sanctorum Patrum, & Conciliorũ 24.

dictis connectendis; si tamen eadem ad
mittant scripta; sed si disputantes erun
æquè potentes; non sinent se alterum a
altero superari; Hæc enim est vis arti
Dialecticæ, sicut gladiatoriæ ars, quâ q
æquè pollent, perduelles dimicare d
rant ad virium lassitudinem sinè alter
trius triumpho; aut lapsus iners palma
alteri cedit; igitur his disputantib
Iudex non tantum de causa fidei, qua
tum de valore disputantium poterit i
dicare; sed de controuersia ipsa quis i
dicat? Disputantes profectò ex suæ art
principijs rem deducunt ad talem indiui
bilem difficultatem in qua omnis rat
deficiat, & sola voluntatis inclinatio d
cat: sic volo, sic iubeo. Et ideo si peri
disputanti proponatur quæcunque Concl
sio opinatiua, non est difficilè modò un
modò alteram partem sustinere, & it
probare, quomodo illi placuerit; qu
iam novit penitus, quibus principijs
pinio innitatur; & quod negato il
principio cessabit urgere disputantis
tio. Fides vero Diuina quamdiu rat
cinio supponitur, sortitur eandem con
tionem, quam ipsa opinio. Igitur in q
cunque indiuiduâ controuersiâ ultimò tan
& protestans debet dicere: sic volo; &
volo Catholicus. Sed in hac voluntatis a
hæsione quis meliùs authoritati innitit

meliùs eligit? frustra enim præten-
inniti authoritati mortuæ scripturæ,
lex Euangelij sit viva, & Spiritu Dei *Hebr. 8.*
a in cordibus fidelium; igitur Pro- *S. Th. 1.*
s debet dicere sic credere volo, *2. q. 106*
isti Articuli confessionis Au- *ar. 1.*
æ in mea Ecclesia creduntur, mea
Ecclesia est à Luthero instituta,
cessit à Papa; & ita ascendendo
stans non potest aliam authoritatẽ
dere, nisi voluntatem Lutheri; &
alijs. Sed Catholicus ultimò cre-
nixus authoritati Ecclesiæ Vniuer-
quæ cognoscit Papam pro legiti-
etri successore, & Christi Vicario;
n sistit in Papa Innocentio, vel Le-
sed ascendit usq; ad Apostolos, qui
t à Christo instituti, & ita Fidei
licæ authoritas viva in Ecclesia est *Io. 15.*
no Diuina; quæ vivæ authoritatis
sua propagatio in Ecclesia bene ex-
ur vitis, & palmitum parabolâ quâ
us Dñus se, suosq; Apostolos com[pa]-
ut qui in vite non manserint, n[o]n
esse nisi sicut arentes palmites.

PROPOSITIO XIII.

Eleuatio sensus literalis.

igitur in sacris literis talis veritas,
intelligentia, qualem intendit Chri-
estator, & non qualem mera litera

 præ-

præsefert; & nuda historia; cuius tellectio si discrepat ab intelligentia statoris, est literalis sensus, qui mor affert. Oportet ergò omnia, quæ sun Biblijs ad mentem Testatoris intellig ut Spiritûs Sancti sensu fides, & lex E gelica vivificet animas nostras. Men tem Testatoris hæc est, ut omnis qui dit in ipsum, non pereat; sed habea
Io.3.15. tam æternã; & quoniam venit ut sal v mundus per ipsũ, in hunc finem lex E gelica data est, ut per exteriora signa scribatur in cordibus nostris diuina tia, quæ est lex viva, & vivificans, &
Io.1.17. riuatur à Christo, de cuius plenitu omnes accepimus; igitur, ut inquit S
1. 2. q. 108. ctus Thomas, distinguere oportet, q quædam opera ordinantur in lege tiæ tanquam inducentia aliqualiter ipsam gratiam obtinendam, cuiusn sunt Sacramenta; quæ immediatè à C sto sunt instituta, quia per solum Ch Ie[illegible] consequimur gratiam. Alia c[illegible]era præcipiuntur, vel prohibentur [illegible]x necessitate pertinent ad rectum g
Matth. 10. usum; cuiusmodi sunt profiteri fide non negare Christum coram homini
Id. 19. 17.& & seruare Decalogi præcepta, & h teriùs, & exteriùs: Et hæc quidem cessaria sunt ad salutem; quibus ad

consilia, per quæ meliùs, & expedi-
finem prædictum consequimur: In
s ergò Biblijs quædam spectant ad
n, & hæc cohærere debent cum viva
quæ per Spiritum Sanctum inscripta
n cordibus fidelium, incipiendo à Ie-
hristo, & Sanctis Apostolis usq; nunc;
imirum sola Catholica Ecclesia Spi-
Sancto gubernata sit vivens Regula
endi; & non sola Biblia scripta nam
s Christus Testator non tradidit A-
olis scripturas, sed vivum verbum,
Spiritum Sanctum, ideo inquit S. Io.
. Accepimus gratiam pro gratia; quia
per Moysen data est: gratia, & veri-
per Iesum Christum facta est. Quædam
tant ad spem; & hæc in singulis ho-
ibus debent talia esse, ut bene ordi-
t affectũ humanũ ad bona spiritualia,
uibus beatitudo consistit: Quædam
dem ad charitatem spectant, in qua
consummatio totius Christian[illegible] per-
ionis, & legis Euangelicæ; & se[illegible]un-
n hæc tria est eleuatio literæ, quæ con-
tur in scripturis. Quidquid ergò in Ec-
ia statutum est, totũ ordinatur ad hæc,
ideles faciliùs ad tantũ finẽ perueniãt.

PROPOSITIO XIV.

Testamenti utriusq; differentia.

TEstamentum vetus differt à novo si-
cut imperfectum à perfecto; utriusq;

 enim

enim est idem finis; sed vetus habet
lamen; Novum verò reuelat Myster
Illud est lex quasi pueris imposita;
Gal. 3. autem viris perfectis; inde Paulus
Galatas inquit: Priùs quàm veniret
des, sub lege custodiebamur conclus
eam fidem, quæ reuelanda erat. I
lex pædagogus noster fuit in Christo,
ex fide iustificemur. At ubi venit fi
iam non sumus sub pædagogo. Contine
Marc. 4. tur autem lex nova in lege veteri, s
frumentum in spica; ita ut idem D
suæ voluntatis semen in lege naturæ
minauerit, & herbam produxerit; post
dum spicas in lege Moysi; ultimò pl
frumentum in Euangelio. Propterea
noua non est primariò lex scripta, sed
cundariò: Primariò autem, & per se,
1. 2. q. 106. lex indita in mentibus hominum; q
est ipsa gratia Spiritûs Sancti, quæ
tur per fidem Christi, ut ait S. Thom
& non solùm indicat, quid sit faciendu
sed etiam adiuuat ad implendum:
autem vetus est lex primariò scripta, q
iustificationem hominum præfigurab
& promittebat in Christo futuro, sed n
efficiebatur; & quicunque in veteri Te
stamento recipiebant gratiam Spiri
Sancti, ex hoc spectabant ad Nouum, q
per fidem Christi futuri iustificabantu
ideo

Ideo de Moyse ait Apostolus, quòd maiores diuitias æstimauit thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Hebr. 11 Sicuti & nunc sunt multi carnales homines, qui affectu rerum terrenarum non pertingentes ad perfectionem novæ legis, spectant ad veterem seruitutem, propter quos oportuit, ut ponerentur diuersæ leges Ecclesiasticæ, ut inducerentur ad virtutis opera per timorem pœnæ; ex quo non ducuntur virtutis amore. Populus enim non alio fræno potest cohiberi; quàm timore; Lex autem Euangelij, lex est amoris; Rom. 8. Lex Spiritûs vitæ in Christo Iesu, quæ liberat à lege peccati, & mortis. Quæ cum consistat in habitu interiori gratiæ, & virtutis, in his qui habitum habent, faciles, & delectabiles sunt actus; sed qui habitu destituti sunt; aut potiùs habent habitum vitij, his grauior est lex nova, quàm non erat lex vetus Iudæis, quæ in exterioribus plurimùm occupabat. Hinc ergò qui Ecclesiæ legibus reluctantur, manifestum est, quod carent in seipsis lege gratiæ, & virtutum habitu; nam per illas ad hanc deduci faciliùs est, quàm ut per hanc homo possit illis reluctari.

PROPOSITIO XV.

Gratiæ Diuinæ Operatio.

GRatiæ Diuinæ efficaciam, in qua lex

nova

Gal. 2. nova primariò consistit, confiteri cum
21. Apostolo tenemur, quia gratis Christu
mortuus non est. Sed semper obserua
re oportet, quòd efficacia eiusmodi no
attribuitur Euangelio scripto, aut fid
in sacris literis contentæ, aut Prædican
tium documentis ad fidelium aures illa
tæ; sed interiori Spiritûs Sancti motio
ni, qui in homine habitet; & ideo dic
Rom. 8. ad Romanos. Vos autem in carne no
9. estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus D
habitat in vobis. Si quis autem Spiritu
Christi non habet, hic non est eius. Pro
pterea S. Paulus sæpe demonstrat p
Christi fidem esse iustificationem, & no
per veterem legem scriptam; nam Testa
mentum confirmatum à Deo, quæ po
430. annos facta est lex, non irritum fa
Gal. 3. cit ad evacuandam promissionem hære
ditatis, quam Deus Abrahæ promisit
Nam si ex lege hæreditas, iam non e
promissione. Quid igitur lex? Propte
transgressiones posita est: sed non
de se possit iustificare; & ideo aduenie
te Christi fide, abrogata est. Ita dicen
dum de quacunq; lege scripta, quia de
non iustificat; sed diuina gratia, & Ch
Rom. 5. ritas Dei diffusa in cordibus fidelium p
5. Spiritum Sanctum, verè iustificat; &
hanc esse in Catholica Ecclesia semper ne
cesse

esse est, ut Christi promissiones adimpleantur, non quidem in singulis, nam singulorum plurimi deficiunt; sed in aliquibus ut sic; quia cæterùm nescit homo an amore, vel odio dignus sit, ut cum timore, & tremore in humilitate saluti suæ cooperetur. Et per hoc status nouæ legis diversificatur secundum diuersa loca, tempora, & personas, quatenus gratia Spiritûs Sancti perfectiùs, vel minùs perfectè ab aliquibus habetur in Ecclesia.

Eccl. 9. Phil. 2. 12.

PROPOSITIO XVI.

Legis Ecclesiasticæ necessitas.

LIcet ergò viva novæ legis sanctitas habentibus illam in Ecclesia sufficere potuisset; tamen Apostoli ipsi observantes primum fidei feruorem postmodum in multis per libertatem carnis imminui, & in errores prolabi, pro transgressoribus noua statuta apponebant, & dictis, factis, scriptisq; propter ipsorum prudentiam, & solicitudinem pastoralem dirigebant Ecclesiam; sicut enim Christus Dominus docens ipsos, & alios pro exigentia temporum & rerum diuersa præcepit illis; ita & ipsi alijs, ut obseruari potest in Apostolicis scriptis; Quamobrem morem ipsum secuta Ecclesia ad nostra usq; tempora, non mirùm videri debet, quod

legum

legum humanarum volumina, in tantum excreuerint, ut vix quisquam omnia legere poſſit; ſi enim octo duntaxat ſcriptores Nouum Teſtamentum ſcriptum brevi tempore nobis pro opportunitate rerum reliquerunt, ut circa illius ſtudium deſudare poſſint utiliter millena hominum, quid feciſſent ſi ad præſens uſq; tempus nobiſcum vixiſſent? Interea verò quid facerent ſuccedentes Eccleſiæ Præſules nova populi abſurda videntes, niſi novis mandatis cohibeant? Inde profectò pro rerum viciſſitudine aliæ emanârunt leges, aliæ exciderunt, non ſecus atq; in ciuili, & criminali omnium Nationum; ſed interea illæ vniuerſali ſpiritu retentæ ſunt, quæ maximè ad finem Euangelij conducunt, vt quocunq; ſe vertát Chriſti fidelis, habeat tanquam excitatoria pietatis, & religionis continua, quibus & feſti dies, myſteria fidei, Sanctorumq; exempla commemorant; & Vigiliæ & Ieiunia, & quicquid præcepti, conſilij, & ſtatuti eſt, totum conſpirat in hoc, ut meminerint obligationis, quam habent ex fide Chriſti contractam. Des porrò mihi Paulos, Antonios, & ſimiles viros, quos Sanctorum Patrum hiſtoriæ repræſentant; & nos oſtendam non modò ſeruâſſe legem Eccleſiæ in feruore ſpiritûs, quo æ-

ſtuabant,

ſtuabant, ſed multò plura præſtitiſſe: ſed quid præſtaret populus omni humana lege ſolutus? ſi modò plures non ieiunant legum ſtimulo adacti; quid facerent ſine legibus? ſi modò orationi non vacant, Sacris, & Sacramentis, dum pœnis ipſis, præceptisq; excitantur; quid facerent in manu conſilij proprij dormientes? ſi modò Antiſtites, Sacerdotes, & Monachi multoties quæ ſunt Dei negligunt; quid præſtarent, ſi ipſorum cura diſtraheretur ab vxore, à filijs, à re familiari, à familia? Videmus quid faciant Mercatores, quid faciant Artifices, quid faciant qui iugum Eccleſiæ pro zelo reformationis excutiunt. Vbi eſt fidei magnitudo,
quæ montes transferat difficultatum? *Marc. 11. 23.*
Non penes illos, qui ſufferre non poſſunt legem Eccleſiæ. Vbi eſt ſpei firmitas, quæ
non confundat? Non penes illos, qui Ec- *Rom. 5. 5.*
cleſiæ moribus confunduntur. Vbi tandem charitatis feruor, qui nunquam excidit? Non penes illos profectò, qui o-
pera negligunt charitatis; nam opere di- *1 Cor. 13.*
lectio comprobatur. Et dilectio cuſtodidia *Sap. 6. 19*
legum. Si ergo legem Eccleſiæ non cuſtodiunt, quomodo legem Dei viuam in ſe teneant? ſi fratrem quem vident non amant; ſi Eccleſiæ Prælatis, quos audiunt, non obediunt, quomodo Deum,

quem

quem non vident amabunt? Quomodo Chriſto, quẽ non audiũnt, obedient? Et ſi plurimi tanta legũ cuſtodiâ pereunt, multò plures ſinè ipſis perirent; nam qui ſinè lege vivunt, ſinè lege peribunt.

PROPOSITIO XVII.

Omnia in vnum.

OPus eſt ergo legibus pro cuiusq; Reipublicæ regimine; & præter has ſtatutis, mandatis, & pœnis ad rerum exigentias iuxta prudentiam illorum, qui regunt. Quid ergo furit in Eccleſiam Lutherus, & aſſeclæ prætenſione libertatis Euangelicæ, quâ Dei gratia, & animæ ſalus quæratur? Quia nimirum ſolus Chriſtus vnica via ſit ad gratiam, & animarũ ſalutem? ſed cui Chriſtus reuelauit ut potiùs his quàm illis medijs velit nobis ſuam gratiam elargiri, & ſalutem? Quot conuerſiones legimus repente factas ad Deum vnum miris, & vel exiguis modulis rerum? ſed obiiciunt illud: ſine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum; cui textus ipſe reſpondet; ne propter traditiones, & mandata hominum tranſgrediantur præcepta Dei; nam omnia humana præcepta, & inſtitutiones in hoc vnum tendere debent, ut honorificetur Deus, & faciliùs acquiratur finis intentus à Chriſto; quamo-

Matth. 15.

quamobrem non frustra his mandatis colimus Deum, dum per se ad Deum nos dirigunt; aliter hoc esset, si ab illis nos distraherent; sicut erant Pharisæorum præcepta, quibus irritum faciebanr mandatum Dei. Sed quis hoc reperiat in Ecclesia Catholica? Per tot sæcula speculantur Græci, & Latini, & adhuc non vident absurda illa, quæ comminiscitur Lutherus in Ecclesiæ ruinam. Quid pugnamus cum Dei Verbo? Verbum enim Patris Christus Dominus, nec legem contempsit, nec, quæ seruantur in Ecclesia contemnere docuit: nec pro fidei regula tradidit verbum scriptum, sed Spiritũ Sanctum. In verbi autem scripti malis interpretationibus non inest veritas. Finem non constituimus in præceptis humanis, aut in ipsis operibus; sed tamen inde fructum finis excipimus. Deum amas Philopiste? In fide igitur spem foues, & charitatem. Sed ubi fides tua viuit, in anima tua, an extra te? si fide amas, quæ est extra te, quomodo, quod in te est, amas? si autem amas fide, quæ in te est, ex fide viuis, qua Deum amas. Quando igitur alia omnia agis, aut ex hoc principio agis, aut sinè i[illegible] Deum amare non potes sinè ipsius a[illegible] principio; igitur si bene amas, omnia refer

in vnum

in vnum; ſi autem non amas quid Eccleſiæ præcepta doles? Quid imagines, quid ieiunia, quid ceremonias, quid ſacrificia, quid Sacramenta, quid Cælibatus, quid monaſteria, quid vota, quid abſtinentias faſtidis? quid grauia videantur? ſed amor meus, pondus meum; amanti nihil difficile; non amanti amor ipſe difficillimus, cætera ſunt faciliora. Igitur priùs ama, & inde videbis aſpera in vias planas, & omnia in Eccleſia Catholica ſpirare ad vnum Dei, & Ieſu Chriſti ſincerum amorem.

PROPOSITIO XVIII.

Religioſa Reflexio.

Iob. 7. RECogita in te ipſo, cor meum. Dies
Pſ. 101. humanæ vitæ tanquam ventus dilabuntur, tanquam fumus deficiunt, tan-
Rom. 6. 21. quam vmbra declinant: Quid habes nunc de præterito? timendi, dolendi, & erubeſcendi materiam. Quid in futurum expectas? D[illegible]etire à præterito; ſpe blandè tempus à mundo fallitur; & nihil in manu tua invenies. Præſenti vteris? Hoc vnum tuum eſt, ſi bene vteris; ſi malè, poſtmodum nolis eſſe tuum, quod reliquum [illegible] Quid igitur non ita vivis, ne te pœniteat? Finis omnium dierum mors eſt; in momenta inſidiatur; ſeriùs, citiùs

citiùs de medio te tollet. Reus es mortis, in carcere detineris; in diem expecta carnificem: Quantùm vitæ tibi compromittis? inde autem quo perges? ibis in domum æternitatis. Quid tecum feres? *Eccl. 12*
Quis te comitabitur? Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via; & tamen omnes te derelinquent, ut solus eas in domum æternitatis tuæ! opera te sequentur; non opes; non aliud quidquam de mundo; sed opera, ut iudiceris à Christo. *Apoc. 14 13.*
Nunc redde rationem tui; quid de te dicis, quid sentis? es anceps futuræ sententiæ? sed tamen scis te peccâsse. Te ipsum iudica, an iustificaberis ante Christi Tribunal; Nam ex ore tuo te Christus iudicabit, ex ore tuo te condemnabit. *2Cor. 5.*
Non hoc intelligis? sed ibi citò scies, quod perditio tua ex te, qui poteras Dei beneficio saluari: Quid ad hæc? o ÆTERNITAS! Aut semper bene; aut semper malè. Semel actum, semper actum est. *Luc. 19. 22.*
Et tamen in incertum properas? Infernus expectat, ut devoret; & tu ipsum non times? Locum horroris, & miseriarum, æternum tormentorum carcerem, ignem inextinguibilem, & chaos mortis non times? Quid refugis sæculi miserias, & luctus, quæ illorum comparatione sunt deliciæ? A minori huius vitæ vexatione *Iob. 10. 22.* *Marc. 9 43.*

intellectum perfice. De te res agitur; qui ad alios, si tu damnaberis? Quid Deo mi nues, si regno cæli non potiaris? Deus ti bi non defuit; supra omnium merita Chri stus Dominus te vindicauit à perditione ex malitia tua peribis, ex negligentia tu damnaberis. O æternitas! O semper! nunquam! Aut semper cum Deo esse, frui cum Angelis eius, & Sanctis in cœlo & nunquam à gaudijs excludi: Aut sem per cum diabolis, & damnatis conversar in gehenna ignis, & pati, & nunquam cruciatu quiescere. Credis hæc? Quo credas reliquum, ab his dimetire, ut securus; & secundùm quod sincerè cr dis, operare. Sic vivas, qualiter vixi
Luc. 12. velis in hora mortis: ut cum Iudex tu
27. repentè dixerit: Ecce venio cito: T
Apoc. tanquam seruus fidelis, & vigilans, r
22. 21. sponde lætissimè. Amen. Veni, Dom ne IE V.

CONCLVSIO.

Ita Philopiste, seriò tibi consule; (.) neq; te spernas. Iam ego mihi pr ui , nec desinam, ex quo propitiatur a tir Deus. Si omnia in vnum ordina d , (p. 17.) Legum fines in Eccle nas, (p. 16.) Diuinæ gratiæ vi oblecteris, (p. 15.) Quid ultra vetere

serui

itutem affectas? (p. 14.) Vt enim vi-
ad Evangelij normam, Evangelij scri-
sensum eleves, (p. 13.) Neq; sit satis
holicæ veritati respondere, (p. 12.)
etiam respondere tuis obiectionibus
ge. (p. 11.) Inde enim fiet, vt sis ma-
capax intelligendæ veritatis fidei,
10) quæ omnino improbitate amitti-
. (p. 9.) Intelliges enim quod ver-
n scriptum non sufficit pro regula fidei,
8.) quia ex ipso singula, & omnia non
sunt manifestò concludi. (p. 7.) Sed
iùs Ecclesia ipsa vivens, quæ decernit
s Scripturas Canonicas, (p. 6.) Decer-
etiam de scriptis singulorum, & omni-
, (p. 5.) Ipsa habet viventes Iudices,
nterpretes, (p. 4.) Qui prudenti Scri-
rarum selectu, lectionis stu[illegible]o sæculo-
n omnium vniversali consensu authori-
vè tanquam legitimi Apostolorum Suc-
ores ostendunt, quæ litera occidat, &
spiritus vivificet. (p. 3.) qui [illegible] Bib[illegible]
m scopus, & sensus, (p. 2.) E[illegible] quo-
dò maius quid est instrumentis scriptis
stamentũ fidelium cordibus à Deo [illegible]n-
atum: (p. 1.) Vt simul vna & Fides,
Biblia, traditione ipsâ conserve[illegible] in
ula.

ANACEPHALEOSIS

AGedum igttur quód credere necesse sit, habes (arg. 1.) quomodo bene creda non ignoras; (arg. 2) Quid caveas non t præterit. (arg. 3) Quid eligas adhuc am bigis? (arg. 4) Times perire cum tant cætu illorum, qui per tot sæcula tàm pi vixerunt, & vivunt in Catholica Ecclesia Recole nomina præcipuorum, quorum san ctitas maior est, vt ait ipse Lutherus in Cælibatûs obiectione, quam quisquam du bitare possit; & isti fuerunt in Ecclesia ipsa, in qua timeas cum illis perire? Et non potiùs timeas perire in tua Secta, in qua nescies cum quibus partem salutis velis ha bere? Ego quidem cum pluribus teneo; si de hoc Christus iustus Iudex me redarguet habebo quid respondeam. Sic senserunt Sancti Patres, sic vixerunt SS. DD. Græc & Latini; Numquid ego sum illis melior & sapientior? & ideò cum illis non time Catholicā fidē explicitè confiteri, (arg. 5. cùm & ipsi talem professi sint, Romanæ Ecclesiæ coniuncti: Et re vera si memorem ori[illegible] fidei, (arg. 5.) si hæreditatē ipsiu ([illegible]) Si Testamentum hæreditatis adeò



adeò prima vltimis; media fini conveniũt, ut quicquam melius reperire nesciam pro securita[te] conscientiæ, pro salutis æternæ fundamentali certitudine; quàm vivere & mori in Religione Catholica.

Ad Maiorem Nominis DEI Sanctificationem.



Errata Corrige.

Pagina 5. versu 13. lege *Eti[illegible]n.* p. 20. v. 6. l. *signis.* & v. 24. l. *manifest[illegible]*. p. 23. in margine l. *non plenè*. p. 33. v. 2. l. *Idolis*. p. 52. v. ult. l. *sed ne putaretur.* p. 55. v. 2. l. *Biblia in chartis.* v. 4. l. *notisq;*. p. 59. v. penult. *qui*, abundat. p. 70. v. 15. l. *Altitudo divitiarum*. p. 79. v. 15. *est*, abundat p. 83. v. 20. l. *honorem*. p. 99. v. 6. l. *& quod.* p. 113. v. 2. *Ad*, abundat. p. 138. v. 9. l *nec carni*. p. 145. v. 13. l. *illi omnes.* p. 151. v. 23. l. *non simul*. p. 155. v. 1. l. *in quo*. p. 156. v. 18. l. *possint.* p. 157. v. 5. l. *relinquant.* Idem numerus bis p. 157. v. 28. l. *dicerent.* p. 169. v. 11. l. *Quonam*. p. 178. v. 22. deest *quæ*. p. 179. v. 25. l. *primo* p. 187. v. 26. l. *si*. p. 188. v. 9. desunt verba S. Marci loc. cit. spectan[illegible]a ad panis consecrationem. p. 189. v. [illegible]nult. l. *diiudicare*. p. 192. v. 22. & 25. l. [illegible]*cendi.* p. 197. v. 14. l. *eandem*. p. 200. v. 1[illegible] l. *deleri*. p. 201. v. ult. dele: *per*. p[illegible] 5. v. 5. *in veram Ecclesiam*, *quæ crebro regnu[illegible] cœlorum in Evangelio nominatur*, lege post [illegible]rbum versu 10. *ingredi*. p. 209. v. 11. l. *A[illegible]stolus.* p. 210. v. 4. l. *incestuosum Corinth[illegible]m.* & v. 27. l. *debet*. p. 211. v. penult. l. *in[illegible]* p. 213. v. 26. l. *nostra*. p. 234. v. 16. leg[illegible] *[illegible]quium.* Minutiora condones.

